UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

## Durantis, Guilelmus

## Avgvstae Tavrinorvm, 1578

Dispensatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library

tropolitanum, ſecundum Iac. Butr. Ego dico eum in totum eſſe de
legatum, nec diuerſo iure cenſeri debet. ff. de iuſtitia & iure. l. ius ci
uile, ꝙ ibi no. per gl. & d. l. qui procuratorẽ dat. arg. ff. de vſuca. l.
eũ qui ædes. & optimè probatur per no. in c. licet. de offic. ordina.
ꝑ Inn. & alios doctores: vbi habet quæſtio, ſi in nullo adijciatur iu
riſdictioni ordinariæ, ꝙ remanet ille cui eſt facta commiſſio, ordi
narius: quia nõ videtur cõmiſſio noua, ſed iuriſdictionis excitatio.
Ex quo apparet, ꝙ ſi aliquid adijciatur, ſicut in caſu noſtro, videli-
cet ꝙ procedat ſummariè, quod non poterat vigore iuriſdictio-
nis ordinariæ, quod erit delegatus, non ordinarius. Nec obſt. ꝙ cõ
miſſio videatur in parte diſcrepare, videlicet in mõ procedẽdi, &
quo ad hoc ſit delegatus, & quoad ſententiã remanet ordinarius
qa in propoſito non eſt verũ. Nã iuriſdictio qualificata in mõ pro
cedendi alterat naturã iuriſdõnis ordinariæ, etiã in ꝓpoſito quo
ad totũ proceſſum, & etiã quoad ſententiam: cum ipſa ſit de pro-
ceſſu. text. eſt & not. doc. in c. qm̃ contra de proba. & actorum ap-
pellatione cõprehenditur. not. gl. ff. de iure fiſci. l. in fraudẽ. § ſed
neque. in fin. gl. propriæ. Non debet igitur aliud dici de proceſſu
& aliud de ſententia. in totũ igit̃ erit delegatus. Bal. An ſcriptura
ſit de eſſe conſtitutionis legati: ſentit ꝙ non, etiã ſi ꝯtineat ſenten-
tiã excommunicationis. ver. ſed pone. le. G. Per miſſionẽ ſecundi
legati primus non intelligitur tacitè reuocari. ver. in ſumma. G.
argu. C. de offic. præfecti vrbis. l. j.

De Diſpenſatione. Rubrica.

PRAEMISIMVS, quę circa forum contentioſum ad
legati pertinent officium: nunc autem dicendum eſt, quæ
ſit illi in diſpenſando poteſtas. Verum quia materia de di
ſpenſationibus utilis eſt, & frequens, & tam legatis, quã
alijs prælatis eſt opportuna plurimum, ſuper qua dubia oriri vidi
mus infinita, & ſapientes plurimum, adinuicem diſcrepare: idcir-
co ſuper ea quædam noua & utili doctrina planè ac plenè præui-
a dimus diſputare [a], dicentes primo, Quid ſit diſpenſatio, vnde ori-
ginem habuit, & quare fiat. Quot ſint genera, ſeu ſpecies diſpenſa
tionum, Quid ſit irregularitas, & quid iuris de ea ſit, De diſpenſa-
tione epiſcoporum, De diſpenſatione legati Apoſtolicę, ſedis, De
diſpenſatione domini papæ, De diſpenſatione abbatis & principis
& quarundam aliarum perſonarum, Qualiter & quando ſit di-
ſpenſatio facienda, Quid iuris ſit de diſpenſatione ſuper benefi-
ciorum pluralitate: & quis ſit diſpenſationis effectus. His igitur ita
b ſparſis, ea per ordinem proſequamur [b].

ADDITIONES.

a Diſputare. ¶ Ioannes de Deo compoſuerat ſuper hoc libellum, tractans in
eo de 13. diſpenſationibus, Diuina Papali, Legatorum, Patriarcharum, Ar-
chiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Presbyterorum, Regum, uel
Principum, Procerum & Nobilium, Patrum, Maritorum, Amicorum &
Sociorum.
b Proſequamur. ¶ Sciendum eſt, quod Hoſtien. in ſumma ſub rubrica de pœ
ni. poſuit rubricellam de diſpenſationibus, ex qua auctor primum §. ſumpſit
tamen aliquibus additis. Prius etiam tractauerat hoc Ray. lib. 3.

Diſpenſatio quid ſit, & vnde originem habuit,
& quare fiat?

*SVMMARIVM.*

1 *Regulę tres circà materiam diſpenſationis ſummopere notandæ,*
2 *Caſus maiores adulterio in quib. epiſcopus poteſt diſpenſare.*
3 *Rigor & ſeueritas, ius & equitas & diſpenſatio differunt.*
4 *Aequitas eſt media inter rigorem & diſpenſationem, ſiue miſericordiam.*
5 *Diſpenſati an ſit ius.*

a 1. §. Diſpenſatio [a] eſt prouida iuris communis rela-
xatio vtilitate ſiue neceſſitate pen-
ſata. vel ſic: Diſpenſatio eſt rigoris iuris, per eum, ad quem ſpe-
ctat, canonice facta relaxatio. Vtraque diffinitio colligitur j. q. 7.
requiſitis. § niſi rigor. & c. ſe. & j. § genera. quandoque tamen di-
ſpenſatio impropriè ſumitur pro iuris declaratione: vt extra, de
b iureiur. Quintauallis [b] ¶ Vocatur autem diſpenſatio vulnus, quæ
ius vulnerat: vt 24 quæſtio quarta. ipſa pietas. circa fin. vocatur
etiam miſericordia. j. verſi. ſed nunquid. ibi: ego dico. & j. §. fin.
in fin. Ideo dixi, prouida. Nam prouida deliberatione eſt in di-
ſpenſationibus procedendum: ut extra, de tranſactio. capitu. fin.
Alioquin potius diſſipatio, quam diſpẽſatio eſt dicenda. Ad quod
c accedit, quia dominus non uult ſimul effundi opes, ſed diſpen-
d ſari [c]: vt 86. diſtinct. non ſatis. circa medium [d]. † ¶ Circa quod
1 tres regulæ, ſunt notandæ. ¶ Prima eſt, quod peccans mortaliter
poſt baptiſmum promoueri non poteſt: vt 25 diſtinct. primum
48. diſtinct. quoniam. 50. diſtin. illud. 1. quæſtio. 7. ſi quis omnem.
¶ Secunda, quod promotus poſt ſuam promotionem mortali-
ter peccans deijcitur, ſiue deponitur. 50. diſtinct. qui ſemel: & c. ſi
epiſcopus. & cap. ſi poſt ordinationem 81. diſtin. diaconus ¶ Ter-
tia eſt. quia depoſitus ab ordine non reſtituitur. 50. diſtin. capit. j.
& 2. & capit. peruenit. & capitu. poſtquam. Hæ tres regulæ colligi
poſſunt. 50. diſtinct. vt conſtitueretur. ¶ Vbicunque autem mi-
tius agitur, quam dictæ tres regulæ dicant: diſpenſatio dici poteſt
quod proſequere prout not. 50 diſtinct. in ſumma. Et ſcias, quod
contra duas primas regulas poſſunt epiſcopi diſpenſare in adulte
rio, & in minoribus criminibus adulterio: ſed in maioribus illo nõ
2 niſi in caſibus à iure expreſſis: vt extra, de iudicijs. at ſi clerici. † Ex
primuntur enim quidam caſus maiores adulterio in quibus po-
teſt epiſcopus diſpenſare: ut in hæreſi 50. diſtinct. presbyteros. in
ſacrilegio. e. diſtin. ſi quis presbyter. in matrimonio contrahen-
do quandoque. 33. quæſtio. ſecunda antiqui. & quandoque in ſi-
monia, & in homicidio, & ſchiſmate, & in quibuſdam alijs: vt j.
§. nũc de epiſcoporum. Vel poteſt dici quod præ. cap. presbyte-
ros. hodie non habet locum: quia hæretici hodie incarcerantur:
vt extr. de hær. cap. pen. Item præall. cap. ſi quis presbyter. non ob
ſtat: quia illud ſacrilegium, de quo ibi dicitur, non eſt maius, imò
minus crimen adulterio: & ſic de aliis Contra tertiam vero regu-
lam ſolus papa diſpenſare poteſt: ut s̃. tit. 1. §. nunc oſtendendum
3 verſicu. nono. † Notandum eſt autem, quod aliud eſt rigor ſiue
ſeueritas, aliud ius, aliud æquitas, & aliud diſpenſatio. De his om-
nibus habetur extra, de tranſact. capit. fin. Rigor eſt diſtrictio iu-
ris ſiue exceſſus & auſteritas iuris ſcripta, aliquando ad terrorem
vt patet in accuſatore clerici: in probatione deficiente, cui de
negatur communio, etiam in fine vitæ ſuæ: ut 2. quæſtion. 3. ſi qs
epiſcopum. & in eo qui nominauit presbyterum in teſtamento tu
torem filio ſuo pro quo non eſt orandum ut 88. diſtinction. ne-
que. Ad idem facit 1. quæſtion. 7. qui in qualibet. & quandoque
c ſeueritas appellatur: vt 50. diſtinct. vt conſtitueretur [e]. 9. quæſt.
1. cap. 3. in fin. 2. quæſt. 5. quanto. 23. quæſtio. 4. cap. non poteſt §.
præcepta. extrà de ſenten excom ſuper eo. Sed rigor iſte ſeruan-
dus non eſt, niſi vbi timetur exemplum mali: vt 45. diſtinct. ſed
illud. & extra, de tranſaction. capitu. fin. ¶ Quandoque tñ rigor
eſt idẽ ꝙ ſubtilitas iuris: ut extra de reſti. ſpo. in literis & cap. ſępe.
extra de præben. tuæ. extra, de appel. interpoſita §. fin. Item rigor
dicitur diſciplina: vt 45. diſtinction. diſciplina. in princip. Item di
citur iuſtitia, vt 100. diſtinctio. omnis qui. & cap. vera. Et ſcias
quod quandoque rigor inducitur contra naturalem æquitatem
ex cauſa pro bono publico: & quandoque etiam ſine cauſa & ſi-
ne ratione. & hoc ſolum pro ratione ſufficit, quod ita ſcriptum
eſt. ff. qui, & a qui. ma. lib. non fi. l. proſpexit, 6. quæſtio. 3. ſcriptũ.
quia alia ratio reddi non poteſt: vt ff. de legi. & ſe. conſul. l. non om
nium. 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor. in prin. & de hoc extr. de re-
ſcrip. ſi quando. Hoc proſequere, & exemplifica prout not. j. di-
ſtinctio. ius generale & ff. de iuſti. & iur. l. antepenult. ¶ Ius autem
eſt ars boni & æqui. cuius quis merito nos ſacerdotes appellat, id
eſt, ſacrorum præceptorum miniſtros, ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius.
4 † ¶ AEquitas uero eſt media inter rigorem & diſpenſationem, ſi
ue miſericordiam. C. de iudicijs. placuit. 34. diſtinctio. fraternita-
tis. extra, de tranſla. epiſc. c. fin. Interpretari autem an ius ſcriptum
ſit æquum, uel iniquum, ſolius principis eſt. C. de leg. & conſti. l. j.
Aequitas ita deſcribitur à Cypriano. AEquitas eſt iuſtitia dulco-
re miſericordiæ temperata. Vel dic quod æquitas eſt motus ratio-
nabilis regens miſericordiam & rigorem. 45. diſtin. diſciplina & c.
& qui emendat. & capitu. vera. quia rigor eſt manſuetudine tem-
perandus: ut extrà, de pur. ca. cum in iuuentute. Hæc autem eſt
æquitas illa, quam iudex ſemper præ oculis debet habere: vt ff.
de eo quod certo loco. l. quod ſi Ehesi. in fin. & extr. vt eccle.
benefi. vt noſtrum. in princip. in parte deciſa. & de tranſact. cap. fi.
26. q. ultim. allegant. Quid ſit diſpenſatio, s̃. eſt dictum: & illa vtẽ-
dum non eſt, niſi neceſſitas vel utilitas id expoſcat: vt j. eo. §. gene
5 ra. † ¶ Sed nunquid diſpenſatio eſt ius? dicunt quidam quod ſic:
ſed tali iure, ſuperior vti poteſt: inferior uero illud petere non po
teſt: ut j. §. genera. Alij, ut H. & M. dicunt contra: argum. j. qu. 7.
exig.

ADDITIONES.

a Diſpenſatio.)
b Quintauallis. ¶ Verbum diſpenſationis ibi non eſt, nec erat in antiqua ali-
qualiter facit Decr. & ſi Chriſtus. eo. tit, in fin. & quod ibi no. in ult. glo. ſed
magis propriè facit Decr. 2. de tornea. quam alleg. j. uer. pen. in fin.
c Diſpenſari. ¶ id eſt, diſtribui. Sic etiam ponitur 43. diſtinction. diſpenſatio.
d Medium. ¶ Quomodo diſpenſatio ſit ius commune, & quod ſi ſuper ratio-
ne fundatur, poſſit eſſe rationabilis, plenè ſcripſi de præb. multa. in fin.
e Vt conſtitueretur. ¶ Et ibi not. hæc materia in glo. hic habes. & 45. diſtin.
diſciplina. in gloſſ. ſed qualiter. j. q. 7. diſpenſationes, & cap. exigunt.

a exigunt[a]. & ca.ſi quis omne. nam indulgentia non eſt regula: vt
33.quæſtion. 2.interfectores. ergo nulla diſpenſatio eſt ius: quia
regula eſt canon, ſeu ius vt 3.diſtin.canon.& capit.regula.Itē aliud
eſt ordo legitimus,& aliud vſurpatio, id eſt, diſpenſatio: vt j.q. 7.
ꝙ ꝓ remedio. Tertij dicunt, ꝙ ſm quod eſt in diſpenſante, nō eſt
ius, ſed poteſtas à iure permiſſa,& quædam actio: ſed ſecundū qđ
eſt in eo, in quo diſpenſatū eſt ius priuatū eſt, non cōmune, & eſt
quædā paſſio. Ad hoc extr.de fil.presby.ex tuæ & in præ. c. inter-
fectores.& ea.qu. in adoleſcentia.31.q.j hac ratione.32.q.7. Apo-
ſtolus in fi.ext.de præb.cum iamdudum.in fi.Ego dico, quod vbi
diſpēſatio debita eſt: vt j.§.genera, tunc eſt ius: cū ſit executio iuſti
tiæ.ff.de iuſti.& iur.l.j.reſpon j.Si vero eſt prohibita, tunc non eſt
ius, ſed diſpenſatio iuris. Si autem ſit permiſſa, tunc non eſt ius, ſed
miſericordia, vt in præ.c.allegant.& 45 diſt.diſciplina.in princi.&
c.omnis qui.9.q.j.ordinationes.ver. quamuis. & j.q. 7. is qui. ſiue
compaſſio: vt ea diſt.vera. Quandoque tamen diſpenſatio ponitur
pro iure: ut extr.de tornea.c.2.¶ Vbicunque aūt iudex debitas pę
nas, & à iure ſtatutas relaxat, ſemper diſpenſare videtur. multa
enim ex officio ſuo facere poteſt ad quę de rigore non tenetur.ff.
de iudic.l.non quicquid.2.q.3.c.ſi quem. §. notandum. in princi.
Ad idem.28.q.1.iam nunc.& c. ſi enim. Minor quandoque miti-
gat pœnam à ſuperiore inflictam: vt 50.diſt.accedens.32.q.2.lato
b rem.C.de epiſc.& cleri.Auth.interdicimus[b].

ADDITIONES.

a Exigunt. ¶ Vbi de hoc. Adde tu, an diſpenſatio ſit ius, quæ voluit notabiliter Arch.in c.vt conſtituerentur.50. di. vbi ipſe ſequitur hunc. & bene declarat & adde quod diſpenſatio reſpectu ſuperioris eſt voluntatis, non autem neceſſitatis, ſecundum Phili.in c.j.de æta.& qualitate, libro 6.

b Interdicimus. ¶ Vide quod dixi ſupra titul. j. §. nunc oſtendendum ſuper verſic.26.in fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſationis remedium vnde deductum.*
2 *Diſpenſatio Dei cum Adam & Eua.*
3 *Diſpenſationis aliquot ſpecies e ſacris literis ſumptæ.*
4 *Rationem reddere de miſericordia melius eſt, quam de ſeueritate.*

a
1 2.§ Originem autem[a] traxit † diſpenſationis reme
diū ab eo, qui ex ſola miſericordia
& diſpenſatione vniuerſi creauit, & ea homini ſubiecit: vt ff. de
vſu.in pecudū.in fi.inſtitut.de rerum diuiſione.§.in pecudū.& 77.
diſt.huius 23.q.7 quod autem.in fi. vnde Pſalmus 8. Omnia ſub-
iecisti ſub pedib eius.& c. quē de limo terræ ad imaginem ſuā cre-
2 auit.33.q. 5 hæc imago. † Item ipſe diſpenſauit cum Adam & Eua
trangreſſoribus, & poſt pœnitentiam dimiſit illis peccatum. de
pœnit.diſt.j.ſerpens.& c.ſicut primi.de pęnit.diſtin.3.Romanos.
& c. Adam.alias eſt verſi.de pęnit. diſt.3.Iudas & de pœnit.diſt.5.
3 c j.† ¶ Item ex diſpenſatione ſaluauit Noe & filios eius, cū vnus
illorum, ſcilicet Cham, reprobus eſſet: vt 24. qu 1. quia ex ſola.
& c. quoniam vetus.2.q.7.ſententia Cham. ¶ Item diſpenſatione
liberauit Abrahā à Caldæis: vt 35.qu.j. c.fin. ¶ Item ex indulgen-
gia liberauit Lot de Sodoma.2 q.j.Deus.14.diſtin.quod ait. quia
perit ſępe iuſtus pro impio.24 q.j. non turbatur.de conſecra.diſ.
j.in ſancta j.q.4.c.eccleſia. § item ex peccato Achor. Item eun-
dē liberauit ex indulgentia de captiuitate gentilium. 22. qu. 5.di-
cat. ¶ Item ex diſpenſatione liberauit Iacob de manu Eſau.22. qu.
2,§.final.& Moyſem de multis periculis.de pœnit. diſtinction. 1.
§.vt cognouer.§.opponitur. & filios Iſrael de fornace ferrea. 16.
q.3. porro.& de Babylonica captiuitate de pęniten.diſtin.j. prædi
4 xerat.† ¶ Item diſpenſauit Deus cum humano genere quando mi
ſit filium ſuum, vt nos redimeret.8.quæſt.j. in ſcripturis.7. quæ. 2.
cum redemptor & in præ. cap. porro. qui etiam quotidie nobiſ-
cum diſpēſat: vt de pęnit diſt 5.cap. 2.& in Pſalmis, miſerere mei
ſecundum,&c. ¶ Non eſt igitur mirum, ſi homines cum homini
bus diſpenſent: quia omnis eius actio noſtra debet eſſe inſtructio.
12 quæſtione prima.exemplum & vbi dominus eſt largus diſpen
5 ſator non debet famulus eſſe auarus. † Quia melius eſt de miſeri-
cordia, quam de ſeueritate reddere rationem. 26.q. vlti. allegant
43.diſtin.diſpenſatio. 33. diſt. vſque adeo. Miſericordia enim cō-
munis eſt vſus.86.diſtin non ſatis.ad fin.extra, de regulis iur.eſto
te miſericordes. Defectus noſtri temporis, quibus non ſolum me
rita, ſed etiam corpora defecerunt, antiquam canonum non pa-
titur manere cenſuram: vt 34.diſtinct.fraternitatis. vnde & miſeri
cordia tēperanda eſt. vt ſ.§. proxi.verſicul. æquitas. Vnde Augu
ſti. Imple Chriſtiane iudex pij patris officium: ſic ſuccenſe, ne ini-
quitatis memineris, vt in peccatorū atrocitatibus non exerceas
vlciſcendi libidinem: ſed peccatorum vulneribus curandi adhi-
beas voluntatem.24. q. [illegible] 5.c.j.

ADDITIO.

a Originem autem. ¶ Hunc §. vſque ad ver. non eſt igitur. habuit à Ioan. de Deo. vbi. s.

Diſpenſationum ſpecies quot ſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſatio an poſſit fieri ex cauſa probabili.*
2 *Diſpēſare tenetur prælatus in aliquibus caſibus, ne detrahatur ſeueritati. Epiſcopatus debetur meliori de eccleſia.*
3 *Diſpenſatio prohibita eſt, vbi non poteſt fieri ſine decoloratione ſtatus eccleſiæ.*
4 *Diſpenſari poteſt, vbicunque à iure conceditur.*
5 *Diſpenſatio permiſſa quæ.*

3.§. Genera autem Diſpenſationum ſunt hæc. Nam eſt
alia debita, alia prohibita, alia conceſſa, alia
a ꝑmiſſa.[a] Debita eſt, vbi multorum ſtrages iacet, & de ſcandalo ti
metur. 50.diſt vt conſtitueretur.extr.de cleri. exc. mi. latores. 45.
diſtin. licet. j. quæſt.7 diſpenſationes.11.quæſtione 3. plerunque.
23.quæſtio.prima, noli in fine. Multitudo enim diſpenſationem
inducit, extr.de tranſactio.cap.fin.9.quæſt.j.cap.3.in fin.& no. ex
tra, de tempor.ordi.cap.2.& eſt ſcandalum, vt not.extr.de temp.
ordin.ad aures.& de præſcript nihil. Item debita eſt ratione tem
poris, vel perſonæ, vel pietatis, uel neceſſitatis, vel utilitatis eccle
ſiæ, vel euentus rei. Hæc enim diſpenſationem inducunt, vt pro-
batur ſigillatim per ordinem, prima quæſtione 7 § niſi rigor. &
capitulis ſequen. vſque ad §.ecce quibus c.requiſitis.in capitul. ſi
quis epiſcopus.extr.de præben. expoſuiſti, ext. de æta. & qualit.
tua.& capi.indecorum.& cap.quæris.7. quæſtione 1. ſcias. 14. di-
ſtinction.ſicut.extr.de conceſſio.præbend. cum noſtris. ad fin. Itē
quandoq; eſt debita poſt peractam pęnitentiam: vt j. de reſtitu-
1 tio.in integrum §.ſecundo, verſicu. in ſumma. † ¶ Sed nunquid
ex cauſa probabili poteſt & debet fieri diſpenſatio? Alan. dixit
quod ſic, argumen. 57. diſtinctio cap. vnico. Ioan contra. Nec ob
ſtant præd cap. quia ibi, ſi poſtea fides eius appareat probabilis,
aboletur irregularitas præſumpta: & promouetur de iure com-
muni.& breuiter vbicunque perſona, res & locus eam exigit, de-
bita eſt.29. diſtin.c.j.& 2. 50.diſtin.domino ſancto.verſicul.præci
piunt. & verſicul. neceſſe ſit. & cap. conſiderandum. Vnde & di-
ſpenſare eſt diuerſa diſcretè penſare: & in animo, vtrum relaxa-
tio iuris expediat, verſare argumen 43.diſtinction.diſpenſatio. &
34.diſtinct.vſque adeo. Cum enim diſpenſatio ſit quædam miſeri
cordia, certum eſt quod quilibet debet eſſe miſericors: vt 86. di-
ſtin.non ſatis. prope finem. 50.diſtinction. ponderet.ad fin.26.q.
vltim.allegant. ¶ Item fit quandoq; diſpenſatio ratione ętatis: vt
extr.de ſenten.excommunic c.fin. vbi de hoc.23.quæſt. 2 in ado-
leſcentia.34.diſtinct. fraternitatis. ¶ Item quandoque quia timeť
maius ſcandalum: vt 35. quæſt. 3.quod ſcripſi.argu contra, extr.
b de regulis iuris.capit.3[b] detrahendum eſt enim ſeueritati,&c.50.
diſt.vt conſtitueretur.& ubi multorum ſtrages iacet, detrahendū
eſt ſeueritati: vt 9.quæſt.j ordinationes in fin. extr. de ſenten. ex-
communic. ſuper eo. in fin. Quandoque etiam propter futurum
bonum: vt quando diſpenſatur cum hæreticis, vt alij facilius re-
2 uertantur.13.quæſt.4.ipſa pietas. † ¶ Licet autem ex prædictis cau
ſis debita ſit, & etiam peccet prælatus non diſpenſando tunc, vt
argumen 2.queſt 5.quanto.in fin.& 50 diſt.domino ſancto.verſ.
ergo ita eſt. & j. quæſtio. 7 exigunt. tamen ſubditus non poteſt
eam petere, niſi forte ſupplicando.ſic & meliori de eccleſia debe-
tur epiſcopatus: vt 8. quæſt. j.licet & extr.de offic.cuſtod. cap.2.
nec tamen eum petere poteſt: vt ea quæſt. in ſcripturis.& i.quęſ.
7.ſicut is Exemplum etiam patet in concorditer poſtulato, cui
fit gratia ſi admittatur, cum ſuperior ad hoc non teneatur: & in
iuria, ſi repellatur Quod dic prout not.extr.de poſtul.præla.cap.
penulti. Sicut & panis, quē auarus detinet, eſt egentium: illi tamē
nullam habent actionem ad illum petendū: vt legitur & not. 47.
diſt.ſicut hi. Nunquid ergo tenetur epiſcopus ex debito cum cri
minoſo poſt peractam pęnitentiam diſpenſare. argu. ex præmiſ-
ſis quod ſic ar.tamen contrà, ext.de iudiciis. at ſi clerici §.de adul
c teriis. vbi dicitur poteſt epiſcopus[c], &c. Sed dic quod debet de
bono & æquo: vt j.q.7 exigunt vbi de hoc.& extr. de trāſact.c. fi.
vbi dr̄ poteris ꝓut videris expedire: & ſi nolit, pt̄ ſubditus adire ſu
perio

ADDITIONES.

a Alia permiſſa. ¶ De his breuiter Hoſti. vbi s̃.§.2. & ſcripſi poſt eum de renun. niſi cum pridem.§.perſonæ.ſuper verbo, poteſt.

b c.3. ¶ Solue, ut ibi not.in gl. 2.cum ſuis remiſ.

c Epiſcopus. ¶ Et uide quod ibi dixi ſuper illo verbo, & de tempo. ordin. et tenore.ſuper glo. 2.

periorem,vt eum compellat.ar.ext.de iure pa.nullus.ꝙ non pla-
cet: quia nemo cogitur facere beneficium, vt 10. quæſtion. ſe-
a cunda. precarie [a] † ¶Prohibita autem eſt ubi non poteſt fieri ſi-
3 ne decoloratione ſtatus eccleſiæ: & vbicunque non ſubeſt iuſta
cauſa diſpenſandi: vt prima, quæſtio. 7. & ſi i.la. & capitu. tali. ex-
tra, de electîon. innotuit. §. mulcta. & §. final. In quibus autem ca
ſibus ſit prohibita, not. ĩ. §. nunc breuiter. & §. ſeq. §. nunc de epi-
4 ſcoporum. & ver. prohibetur. † ¶Conceſſa eſt ubicunque à iure
conceditur quod dicut ſupra titul. primo. §. nunc oſtendamus
& in prę. §. conſequenter. & §. nunc de epiſcoporum. & infrà §.
5 ſunt quoque. † ¶Permiſſa autem dici poteſt in caſu: puta ſi quis
aliquo accuſante conuictus eſt ſacra vaſa, uel aliam rem eccleſiæ
ſubripuiſſe. hunc enim poterit epiſcopus etiam forte aduerſario
contradicente diſpenſare. Sic poteſt intelligi 50. diſtincti. ſi quis
b presbyter [b]. De hac dicitur, permittimus, quod volentes præci-
pimus: ut 31. q. j. hac ratione. Permittitur enim aliquid, ut peius
euitetur: vt ext. de ſponſalibus. c. 2. quod uocatur comparatiua
permiſſio, ſiue tolerantia, vt extr. de præbend. cum iam dudum.
in fine. ꝙ tamen permittitur, nõ iubetur: vt 32. q. 7. Apoſtolus. in
fin. ſed quod permittitur, durat: vt ff. quod cuiuſque vniuer. no-
mi. Item eorum §. penu. de hac legitur extr. de fil. presbyter. c. li
teras. & decor. 6. c. j. Et no. quod tribus modis dicitur aliquid per
mitti: quod dic vt no. 3. diſt. omnis autem. Sunt & alia diſpenſa-
tionum genera: prout no. ĩ. de ſententia. §. vt autem. ver. poſtre-
mo. Poteſt & aliter diſtingui: nam diſpenſatio alia uoluntaria,
quã ſolus princeps facere poteſt: ut in præalleg. §. nunc breuiter
ver. & no. Alia, rationabilis & neceſſaria, quam epiſcopus inter-
c ponere poteſt: vt infra dicetur [c].

## ADDITIONES.

a Precatiæ. ¶ Facit ad materiam, quod ſcripſi, ne cleri. vel mo. cap. 2. lib. 6. ſu per ver. prælato.
b Si quis presbyter. ¶ Vide ĩ. de aboli. §. j. ver. ſed cum. ſ.
c Dicetur. ¶ Hoſt. in Summa de fil. presbyt. in fin. ponit tertiam ſpeciem, ſ. de rationabili, non neceſſaria: quæ fit propter prærogatiuam meritorum. de præben. de multa. in fin.

## Irregularitas quid ſit, & quid iuris de ea ſit.

### SVMMARIVM.

1 *Irregularitas prouenit ex facto, ſeu crimine, vel aliqua notabili inobedientia, præſertim aduerſus Apoſtolicam ſedem.*
2 *Irregularis dicitur ab in, quod eſt ſine, & regula: quia ſit contra regulam eccleſiæ natus, vel ob iniquitatem extra eam poſitus.*
3 *Papa diſpenſare poteſt in omnibus irregularitatibus.*
*Irregularitas inducta eſt a iure diuino.*
4 *Sacramentorum defectus an irregularitatem inducat.*
*Hortatur viduitatis eſſe non poteſt, qui coniugia frequentauit.*
5 *Irregularitates temporales, & non perpetuæ erant in veteri Teſtamento, vt in eo, qui propter tactum morticinij eijciebatur extra caſtra.*
6 *Bigamia eſt triplex, ſ. vera, ſimilitudinaria, & interpretatiua.*
7 *Cupidus, vſurarius, & turpis lucri ſectator, ſunt irregulares.*
*Percuſſio dupliciter conſideratur.*
8 *Beatus Petrus an fuit irregularis, cũ auriculam ſeruo põtificis abſcidit.*
9 *Litigioſus quomodo irregularitatem incurrat cuiuſcunque ſtatus exiſtat.*
*Clericus non debet intereſſe, vbi vindicta ſanguinis exercetur.*
10 *Iudex officialis, miles aduocatus, & qui talia ſuſceperunt officia, non tamen ſunt ea executi, an dici poſſint irregulares.*
11 *Exercens artem chirurgiæ, ſi propter imperitiam vel negligentiam mors ſequatur, cenſetur irregularis.*
12 *Extrahens ſagitam, uel aliud a cuiuſdam corpore, propter quod citius moritur, an ſit irregularis.*
*Clericis chirugiæ officium prohiberi.*
13 *Cuſtodiens infirmum, ſi imperite & contra conſilium medici det ei uinũ, uel aliud, vnde ſequatur mors, irregularis eſt.*
*Irregularitas diuerſimode & in multis caſib. notatur.*
14 *Accedens ad monaſterium cauſa penitentiæ ibi agendæ pro quocunque delicto irregularis habetur.*
15 *Caſus impedientes promouendos, vel deijcientes iam promotos, & qui pęnam depoſitionis merentur, irregularitatem inducunt.*
16 *Irregulares ſunt, qui peracta pęnitentia ordinis executionem non habent.*
17 *Sodomitico peccato vitiatus, irregularis habetur.*
18 *Infamis ſiue infamia iuris ſiue infamia facti, eſt irregularis.*
19 *Suſpenſus ab officio celebrando, fit irregularis.*
20 *Participans excommunicato ipſo iure ſuſpenſus habendus eſt.*
21 *Excommunicatus maiori excommunicatione. ſiue à iure ſiue ab homine, ſcienter celebrans, ſemper fit irregularis.*
22 *Irregularis nemo iudicandus, niſi in iure expreſſum inueniatur.*
23 *Suſpenſio ad tp̃s nõ dicitur proprie ſentẽtia, uel ſuſpẽſio canonis, ſed Dei.*
24 *Violans interdictum eccleſiaſticum celebrando in loco interdicto, fit ipſo iure ſuſpenſus & irregularis.*
25 *Celebrans coram excommunicatis a domino papa, eſt irregularis.*
26 *Eccleſia violata vel ſanguinis effuſione, uel aliter, non dicitur proprie interdicta, nec in ea celebrans, eſt irregularis.*
27 *Excommunicatus vel interdictus, dicitur violare ſententiam vel interdictum, agendo ſuum officium, ut prius.*
28 *Excommunicatus ſi celebrat, ut prius, non in eccleſia, ſed extra, quid iuris: & quid ſi celebrat in eccleſia non conſecrata.*
29 *Cœmiterium, in quo ſepultus eſt excommunicatus, eſt interdictum, nec poteſt in eo aliquis ante reconciliationem ſepeliri: & ſacerdos contra faciens, eſt irregularis.*
30 *Sepeliens publice ſcienter, & ſolẽniter encõmunicatum, grauiter peccat.*
*In officijs vel miniſterijs conſtitutus, ſi excommunicatus ſit, & ea exerceat, an ſit irregularis.*
31 *Aduocati, tabelliones, iudices, & talia publica officia gerentes, ſi ab illis per ſuperiorem ſuſpenſi nihilominus ea exequuntur, an irregularitatem incurrant.*
32 *Excõmunicatũ abſoluere per ſententiam nõ eſt ordinis, ſed iuriſdictionis*
33 *Sacra miniſteria exercentes ſine apparatu ſuo cum requiritur, an ſint ipſo facto irregulares.*
34 *Conſuetudo in ſacramentis & eccleſiaſticis officijs eſt attendenda.*
35 *Presbyter excommunicatus, vel ſimpliciter ab ordinibus ſuis ſuſpenſus, accolytatus officium exercens, an ſit irregularis.*
36 *Epiſcopus a pontificalibus ſuſpenſus, nihilominus poteſt abſque irregularitatis periculo celebrare.*
37 *Iudicari nemo debet in dubio irregularis.*
*Irregularitas a iure poſitiuo eſt inducta.*
38 *Abbas non remouetur a prælatione propter irregularitatem.*
39 *Irregularitas quando occaſione homicidij contrahatur.*
40 *Conſulẽs alicui ſeipſum occidere, vel aliter interficere, an ſit irregularis.*
41 *Iudex habens latronem captum ſuper quo conſuluit peritum aliquem, qui reſpondet morte puniendum, an ſit irregularis.*
42 *Epiſcopus a ſuo iudice interrogatus ſuper crimine, pro quo eſt pęna ſanguinis infligenda, quid reſpondere debeat.*
43 *Conſulens alicui alium occidere, ille autem ab alio occiditur, an irregularis habeatur.*
44 *Conſulens alicui ſe periculo exponere pro patria ſua, vel proximo ſuo, vel iure ſuo, vel ſuæ eccleſiæ: non ob hoc fit irregularis.*
45 *Occidens quemcunque facto & propria manu, fit irregularis.*
*Deus cor interrogat: Lex autem opus quærit.*
46 *Infirmum vertens vel tranſuertens de latere in latus, vt citius moriatur, fit irregularis, ſi ex hoc moriatur.*
47 *Diſpenſatio facilis eſt erga eum, qui ineuitabili caſu ſe defendens aggreſſorem occidit.*
*Hominem a morte non liberans vbi poteſt illum occidit.*
48 *Retrahens aliquem a propoſito liberandi hominem a morte iniuſta, indirecte homicidium committit, & per conſequens irregularis habetur.*
49 *Clericus trahens poteſtati ſeculari latronem petens illum puniri citra ſanguinis effuſionem, non ob hoc fit irregularis.*
50 *Inſtruens iudicem uel officialem de fure inueniendo, quo caſu irregularis efficiatur.*
51 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
52 *Mortuus ſi quis ſit in rixa, neſcitur tamen quis illum interfecerit, an omnes homicidæ cenſeantur.*
53 *Amici alicuius ſi illum iniurantes interficiunt illo inuito, an illi noceat homicidium?*
54 *Aſſociãs aliquem euntem alium occidere quo caſu reddatur irregularis.*
55 *Clerici ſi inducant milites ad pugnandum pro eccleſia, vel republica, uel fide Chriſtiana, & in conflictu ipſis præſentibus aliquis moriatur, an ipſis imputetur irregularitas.*
56 *Clericus exiſtens in bello iuſto vel iniuſto, armatus vel non ſemper redditur irregularis, ſi in illo aliqui moriautur.*
57 *Clericus non debet præponi bellis, nec retiarijs, nec baliſtrarijs, ſeu huiuſmodi viris ſanguinum.*
58 *Clericus in bello iuſto poteſt intereſſe, & militibus neceſſaria miniſtrando præponi, dummodo vindictam non intendat.*
59 *Sacerdos in duello pugnans eſt irregularis, & quo caſu poterit cum eo ſuus epiſcopus diſpenſare.*
60 *Promittens pacem & ſecuritatem fugienti & timenti, irregularis dicitur, ſi ille cui promiſit fuerit in loco, vbi timebat eſſe occiſus.*
61 *Irregularitas homicidij quando & per quem poſſit diſpenſari.*
62 *Homicidium euitabilis neceſſitatis, aut ineuitabilis, diuerſimode conſideratur & circa illa diuerſimode diſpenſatur.*
*Epiſcopus diſpenſare poteſt cum presbytero homicida in caſu ineuitabili.*
63 *Curia Romana non diſpenſat cum clerico in homicidio voluntario, nec de facili in caſuali, vel dubio.*
64 *Homicidium ante baptiſmum commiſſum an irregularitatem importet*

4 §. Iuxta propoſitionis ordinem dicendum reſtat, quid. iuris ſit de irregularitate, circa ꝙ primò, uidẽdũ eſt, qd ſit irregularitas, & unde dicat, Quatuor modis ſumat, ſiue ac-

cipiatur irregularitas perſonæ, Quibus modis, & in quibus ca-
ſibus irregularitas contrahatur. ¶Irregularitas eſt nota, ſeu im
pedimentum canonicum ex facto ſeu defectu proueniens, qua
quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſ-
dem miniſtrare. Bene dixi, nota, quod eſt idem quod infamia,
ſeu irregularitas, ut extra de pur.cano, accedens 2. quæſtio.3.ſi
quem.§.notandum. & C.de gener.abolit.l. indulgentia. & ff.de
a his qui not.infa. furti. accipe §. ſi quis alieno. & l.ſequen.[a] & eſt
etiam nota idem quod cicatrix, vt ff.de ſer.fug.l. 2. Et irregula-
ritas eſt cicatrix criminis vel defectus, vt 61. diſtinctio.in ſacer-
dotibus. in fi. vnde ſanitas, ſcilicet.pœnitentiæ poſt vulnus, ſcili-
cet peccati ſequuta, ſine cicatrice, ſcilicet irregularitatis eſſe nõ
poteſt, vt 1.quæſtio. 1.ventum eſt.Item ideo dixi, canonicum,
quoniam irregularitas à iure canonico ortum habet, vt infra.
b uerſicul.2.[b] † Ex facto autem ſeu ex crimine prouenit irregula-
1 ritas, ut patet in clerico cenſuram eccleſiaſticam violante, vt j.
dicetur, vel ex aliqua notabili inobedientia, præſertim aduerſus
apoſtolicam ſedem. 81.diſtinctio.ſi qui ſunt.extra, ne cle.vel mo.
non magnopere.in fi.extra, de hæreti. c.excommunicamus.1.§.
ſanè.extra, de cle.exc.mi.cap.fin. prope fi.extra, de ſen.excom.
ſignificauit. & in ſimoniaco in ordine, & in clerico per ſaltum
promoto, & in ſimilibus: & generaliter in committente aliquod
de criminibus in Apoſtolica regula contentis, vt dicunt quidã
25 diſt.c.vnum. §.nunc autem.& cap. 1. & in crimine homicidij,
quod quemlibet hominem irregularem facit, vt 50. diſtin.mi-
nor.Item ex defectu quod prouenit quandoq; à natura, quãdo-
que ex euentu. A natura, vt defectus natalium. Regula enim ec-
cleſiæ eſt, ut quis de legitimo matrimonio naſcatur: contra hanc
regulam natus irregularis eſt, vt 57.diſt.per totum & extra, de fil.
presbyt. per totum. ver.ſi quis cum corporis defectu naſcitur, ex
quo ſit in membro nobili & apparenti vitiatus: talis enim nequit
promoueri, quamuis ſit de legitimo matrimonio natus, ut 55.
diſtin.pœnitentes.de extra.& cor.viti. per totum. Ex euentu au-
tem prouenit in quolibet homine caſualiter, vt bigamia quæ ꝓ-
pter ſacramenti defectum inducit irregularitatem: non tamen
2 omne crimen, nec omnis defectus irregularitatẽ inducit. †¶Di-
citur autem ab in, quod eſt ſine, & regula: vnde irregularis, id eſt
contra regulam eccleſiæ natus, ſiue propter defectum, vel factũ
c extra eam poſitus, vt præmiſſum eſt[c]. ¶Sumitur ergo ſine accipi-
tur irregularitas primo pro defectib.qui ſunt in homine ſiue pec
cato: puta quia eſt bigamus vel viduæ maritus illegitimus, uel hu
iuſmodi.extra.de renun. niſi cum pridem.§. perſonæ alios etiam
defectus habens. 54.& 56.diſt. per totum.& 50.diſt.nõ confidat.
& extra, de fi.presbyt. & de ſeruis non ordi per totum, Secundo
ſumitur irregularitas perſonæ, vbi generaliter omnis homo pro-
hibetur ordinari, vel etiam celebrare in ordine iam ſuſcepto ſine
diſpenſatione domini papæ, ſiue patiatur defectum ſine pecca-
to, ſiue commiſerit grande peccatum: & qui ſint, hic dicetur j.§.
nunc de epiſcoporum. Non ergo hic dicitur irregularis pro eo
quod ſecundum regulam Apoſtoli ordinari prohibeatur: ſed
quia talis eſt extra regulam aliorum, Nam cum generaliter epi-
ſcopi poſſint diſpenſare cum omnibus, niſi eis ſpecialiter prohi-
beatur, ut quidam dicunt, vt j.§.nunc de epiſcoporum. verſicul.
his igitur.& ſeq. cum prædictis tamen diſpenſare ſpecialiter ꝓ-
3 hibetur.† ¶Papa autem in omnibus irregularitatib. diſpenſat,
quia irregularitates ipſæ, & pœnæ earum de iure poſitiuo ſunt,
in quo ipſe habet plenariam poteſtatem, vt extra, de conceſ.prę-
ben. propoſui.prope fin. Arg.tamen contra, quod à iure diuino
irregularitas ſit inducta. Nam dictum eſt Dauid[d], Non ædifica-
bis mihi templum, quia vir ſanguinis es: vt de conſec.diſt. 1.c.1.[e]
¶Tertio etiam modo dicuntur irregulares omnes illi qui non
poſſunt remanere in ſuſceptis ordinibus: nec ad maiores promo
ueri, etiam poſt peractam pœnitentiam ſine diſpenſatione vel
papæ, vel prælatorum inferiorum de quibus dicetur j. verſicul.
ſunt quoque.& in præ.§.nunc de epiſcoporum. † ¶Defectus au-
tem ſacramentorum videtur, quod tantum ex conſtitutione ec-
cleſiæ irregularitatem inducant, quo ad ordinationem in hoc, vt
cum eis non poſſit diſpenſari, niſi per papam. argu.contra quia
vnum de capitulis Apoſtolicæ regulæ eſt, Oportet epiſcopum
vnius vxoris eſſe virum. 26.diſtinctio.capitul.1.& 2.Sed reſpon-
deri poteſt quod hoc, quòd talis prohibetur ordinari, non eſt ex
defectu ſacramenti, ſed quia non poteſt eſſe hortator viduitatis,
qui coniugia frequentauerit, ut patet 26. diſtinctio. vna.in fin.
Vel.dic, quod licet per nouum Teſtamentum inducatur huiuſ-
modi irregularitas, quo ad hoc quòd promoueri non poſſit: non
tamen quo ad hoc, quin per alium quam per papam diſpenſa-
ri poſſit.ſed videtur, quòd defectus ſacramenti eſt cauſa, quare
tales promoueri non poſſunt, arg. 26. diſtinctio.acutius.& extra.
de biga.debitum. Sed poteſt reſponderi, quòd eſt cauſa coadiu-
5 uans, vel dic ut ſ. †¶In veteri aũt Teſtamento erant irregularita
tes tẽporales, & non perpetuæ, vt quando quis eiiciebatur ex-
tra caſtra pro eo quod tetigerat morticinium: vna tamen vr fuiſ-
ſe perpetua, ſ.ꝙ ſummus ſacerdos deberet habere virginẽ, & nõ
repudiatã de quo not.ſecundum do.meum, ext.de cleri.coniu.
ſane.i.Sed nec iſtud erat propter defectum ſacramenti, ſed quia
non poſſet eſſe hortator uiduitatis, ut ſ. Idem etiam uidet de his
qui tantum de iure poſitiuo ſunt irregulares, ut corpore uitiati,
illegitimi, & obligati ad ratiocinia. Contrahitur autem irregu-
laritas ex defectu natalium: quia non legitimè genitus ordinari
non poteſt.ut ſ.uerſic. 1. Et ſi ordinetur, non promouebitur ad
beneficia cum cura, uel ad dignitates ſine diſpenſatione, ut extra,
de fil.presbyter capitul. 1.& c.nimis.extra, de elect. cum in cun-
ctis.reſpon.1. & c. innotuit. & c. cum Vintonienſis. de quo dic
ut j.§ nunc de epiſcoporum, verſicul.utrum.Item etiam ex defe
ctu alio modo, puta ſi careat oculo, manu, uel pede.ut ſ.Item cõ-
trahitur ex facto: puta ſi eſt criminoſus, prout in regula Apoſto-
lica cõtinetur.Tales enim non promouent, de quib.habetur 25.
diſtin.per totum & 6.q.1.infames, ubi tales defectus enumeran-
tur. Item bigamus eſt irregularis, qui non poteſt promoueri ꝓ-
pter ſacramenti defectum, ut 25.diſtinct.per totum.extra, de bi-
6 gamis.per totum.& ſ.uerſicul.proximo.†¶Et ſcias ꝙ eſt triplex
bigamia, ſ.uera, quando uidelicet quis contrahit cũ una, poſtquã
habuit aliam, ut 26.diſtin.acutius. Similitudinaria.ut cum mona-
chus ſeu monialis profeſſa matrimonium contrahit, ut 27.q.2.
quotquot.Et interpretatiua, ut cum habens unam de iure, cõtra
hit cum alia de facto: ut extra, de biga.nuper.& c.debitum.31.q.
f j.quomodo.in fi.[f]Item ebrioſus, id eſt non ſobrius, eſt irregularis,
qui ſi perſiſtit, eſt deponendus, nec ordinatur, ut 25.diſt.ca.unum
orarium.§.alias ea demum.25.diſtin. epiſcopus. Vinolenti enim
non de facili continent 44. diſt. c.1.49.diſt.c.hinc etenim.prope
fi.Item illiterati & imprudentes ſunt irregulares, ut 36.diſt.illite-
ratos.j.§. nunc de epiſcoporum. uerſicul. 27. Sed nunquid talis
promotus recipit characterem? Non uidet. Nam ſcientia caret,
g & ſcientia clauis eſt, ut 20.diſt c. 1.ubi de hoc[g].†¶Item cupidus
7 eſt irregularis.ut 57. diſt.per totum. Vnde uſurarius deponitur,
& turpis lucri ſectator de clero eiicitur, ut 100.diſtin.c.1.& 2.ex,
de uſur.præterea.Item percuſſor.45.diſti.per totũ, extra, de cler.
percuſ.ꝑ totum.¶Et ſcias, ꝙ percuſſio conſideratur dupliciter.
Primo paſſiue, ut ſi quis percuſſus eſt lepræ morbo, & deinde ſcã
dalum generatur. Talis enim non promouetur: imò promotus
nõ miniſtrat, ſed ei coadiutor datur, ut 7.q.1.cũ percuſſio.ext.de
cleric.ęgrot.uel debilitat.c. pe. alia uerbalis eſt percuſio, ut ſi ac-
cuſet, vel deferat crimẽ, pro quo capitis pœna debetur, ut 5 qu.
6.delatori.& 6.q.1. ſumma.extra, de accuſat.accuſaſti. Alia rea-
lis, & hoc quocunque modo fiat, ſiue in propria perſona, ſiue per
alium eius mandato: & ſi ſequatur inde homicidium, contrahit
irregularitas.extra, de homi.presbyterum, & c.Petrus 50.diſtin.
miror.& c.clericum & c.de his.j.Idem eſt, ſi ſequit membri mu-
tilatio, ut dixi in aureo Repertorio, ſuper titulo de pęnis, in rubri
h ca.caſus totius iuris quibus promoti deiiciuntur. ver.truncans[h].
8 † ¶Nunquid ergo beatus Petrus fuit irregularis, qui auriculam
i ſeruo pontificis præcidit,[i] 24. quæſtione prima.ſi Petrus.& 22.
quæſtione.3.pro membris.& videtur quod ſic: cum hoc non fe
cerit ſuperioris auctoritate, ut e cauſa.quæſtio.3.ille gladium.ſed
dicas contra. Nondum enim erant clericis arma prohibita, nec
irregularitas erat inducta, quæ à iure poſitiuo ortum habet, ut di-
xi ſ.uerſicul. 2. imò olim licebat ſacerdotib.interficere, ut 2.q.7.
c.nos ſi incompetenter. §.item cum Balaam. Vnde & Paulus, qui
beatum Stephanum lapidantib. miniſterium præbuerat, electus
eſt à Domino Apoſtolus, ut 50.di.§.eꝰ.cap.ſi poſt.Sed in eo om
nis irregularitas fuit abolita in baptiſmo, ut notat 26.diſtinctio.
k deinde.& j.verſiculo vlti.[k] Vel dic quod illi & alii ex diuina or-
dinatione

## ADDITIONES.

a Et l.ſeq. ¶ Et extra, de ſortil.c.ſi. vbi de hoc dixi.& de off. dele.cum olim. 2.ſuper verſi.notauiſſet.

b Ver.2. ¶ Vnde non contrahitur, niſi in caſibus expresſis à iure.de ſent.exc. is qui lib.6. ¶ Adde tu, quod irregularis fit de iure poſitiuo. hoc tenet. Pe. Anch.in cle.vna. de homi.& ibi do. Car.in 6.col. Item do. Ab.in c.ego N. in fi.extra, de iureiu.

c Præmiſſum eſt. ¶ Quod ſequitur vſq; ad ver. contrahitur.poſuerat Inno. in decr.niſi cum pridẽ. de renunc.. §. perſonæ. vbi breuitatis cauſa huc remiſi ſuper glo.arg.pro opinione.

d Dauid. ¶ 1 Paralip.16.& 28.

e c.1. ¶ Vt ibi not. & j.§.nunc breuiter. verſicul.5.Dauid fuit figurator noui Teſtamenti.

f In fi. ¶ Idem ſi cum vidua contraxit, & eam cognouit. de biga. cap.3.& c. debitum.verſi.cum ego.

g De hoc. ¶ Scilicet claui ſcientiæ: ibi enim nil de quæſtione, in qua contr rium eius quod tenet gl.no.in præ.c.illiteratos.& vide quod ſcripſi de t po.ord.nullus.lib.6.ſuper ver.illiterato.

h Truncans. ¶ Text.eſt in decr.is qui. de homicid.lib. 6.& in cle. eo.tit tuo.& ibi multæ concordantiæ in v.glo.

i Præcidit. ¶ Lucæ 22.

k Ver.vlt. ¶ Qui penultimus eſt, ſed ante additionem erat vltimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dinatione excuſati ſunt, vt extr. de diuor. gaudemus. §.verum.
23.quæſtio.4.ſi non licet.& quæſt.8. occidit. Diuina enim facta,
& maxime veteris Teſtamenti ſunt admiranda, non in exemplũ
noſtræ actionis trahenda. vt 2. quæſtio. 7. nos ſi incompetenter.
§.item cum Balaam verſicul.Daniel.& 4.quæſtio. 3.c ſi teſtes §.
a ſed obijcitur.[a] Si vero percutiat abſque mortis periculo,uel ſan
guinis effuſione, vel truncatione, & habet poteſtatem, non im-
b putatur ei: [b] vt ext.de rap. in archiepiſcopatu. & 23. quæſtio. 5.
9 capitul.2.quod proſequere,ut infra. verſi.facto autem.† ¶Item
litigioſus eſt irregularis.46.diſtin.per totum.extr. de ſyndico. c.
vnic. Si enim criminalis eſt quæſtio, & ſequitur inde mors, vel
membri truncatio,ſequitur irregularitas, ſiue ſit iudex vel aſſeſ-
ſor,vt not.23.quæſtio.vlti.princeps.& capitul ſæpe.ſiue aduoca
tus,ſiue pro actore ſiue pro reo.infra.de aduo.§ primo.verſicul.
c in cauſa.[c] ſiue actor vel notarius,ſiue dictator ſententiæ,vel pro
mulgator,vel procurator, uel officialis, vel executor, vel teſtis,
vel accuſator,vt 50.diſtin.ſi quis viduam extr. ne cleric. uel mo.
ſententiam.& capit.clericis.extr.de hom. poſtulaſti. 51.diſtinct.
capitul.1.ſiue purgationi vulgari, vel vindictæ ſanguinis auctori
tatem,vel benedictionem ſeu præſentiam ſuam exhibet. ext.de
exceſ.præ.ex literis.Item in milite.51.diſtin.ſi quis poſt.19. quę-
ſtio.3.monaſterijs.Tamen in his caſibus,ſi mors, vel membri di
minuito non fuerit ſecuta: dicunt quidam, poſſe epiſcopum di-
ſpenſare.arg.extr.de cleri pug.in duel.c.j. alij dicunt, quòd cum
tales voluntarij homicidæ intelligantur,ſolus papa poteſt diſpē-
ſare cum eis.licet autem clericus non debeat intereſſe,vbi vindi
cta ſanguinis exercetur: ſi tamen ex ſola curioſitate, vel leuitate
fuerit,vbi latro ſuſpenditur,vel vbi quis in duello interficit,licet
grauiter peccet:non tñ fit irregularis, ſi nec auxilium, nec conſi-
d lium,nec auctoritatem præſtiterit.[d] † Sed quid de iudice vel of-
10 ficiali,vel milite,vel aduocato qui talia ſuſceperint officia:nō tñ
e ſunt ea executi? Reſpondet Hugo. no.51.diſt.ſi quis.[e] eos non
prohiberi ab ordinum ſuſceptione. Alij etiam tales iudicant irre
gulares propter propoſitum exercendi, quod habuerunt. argu.
extr.de biga. nuper. & c. ſi. Si autem ex officio ſuo cauſa iuſtitiæ
aliquem iudex interfecerit, irregularis eſt: miles autem qui fuit
in bello,nec per eum ſtetit quin occideret, repellendus eſt: ſecus
ſi nec percuſſit, nec ad hoc operam dedit,ſecundum Hug. ſimili
ter iudex qui examinauit cauſam ſanguinis, & aduocatus in ea,
& officialis qui ex officio ſuo dedit operam vt ſanguis effunde-
retur, irregulares ſunt, licet mors vel ſanguinis effuſio non fue-
rit ſubſecuta.Poteſt tamen cum talibus per epiſcopum diſpenſa-
ri,vt infra.verſicul. quando autem. & ſimiliter cum illo qui non
ex officio,ſed ex odio dedit operam,& fecit quod potuit vt oc-
cideret:non tamen occidit,nec mutilauit.Indigent enim tales di
ſpenſatione.& vide infra.verſicul. ſed nunquid cleri. & verſicul.
11 ſed quæritur quando.& ſeq.† ¶Item exercens artem chirurgię,
videtur quòd ſit irregularis, ſi propter imperitiam vel negligen-
tiam ſuam mors fuerit ſubſecuta,ex inciſione,aduſtione,vel po-
tione quam dedit infirmo,vt extrà,de homi.tua.§ j. Item ſi quis
peritus phlebotomat & ſecat, vel adhibet omnem diligentiam
quam debet:non tenetur in aliquo ſi mors ſequatur: quia potius
præſumitur caſu & culpa phlebotomati, vel medicinati ſeu ſe-
cti,mors eueniſſe 22.q.5. de occidendis. ſecus ſi propter eius ne-
12 gligentiam euenerit,vt j. verſi.facto.& ſequen.† ¶Si autem ali-
quis ſagittam uel telum vel gladium infixum in gutture uel pec-
tore,ſeu corpore alicuius extrahit,propter quod vulneratus ci-
tius obijt,irregularis efficitur:vt ff de reg.iur l.culpa.& l.quam-
uis.extrà.de homi.tua.Intellige autem cihirurgum non prohibe
ri à promotione,niſi propter periculum:quoniam de facili in of
cio ſuo errare poteſt.vnde ſi quis exiſtens laicus hoc officiũ exer
cuerit,nō ob hoc eſt irregularis,licet multi ſub eius cura obierint
niſi propter eius incuriam perierint: vt dixi. ¶Clericis autē hoc
officium omnino interdictũ eſt,ita ꝙ ſi ceſſare nolunt,deponen-
di ſunt, quamuis ex hoc ſolo non ſint irregulares. Si tamen ſub
eorum cura aliqui obierint:etiam præter eorum culpam,dicit pa
pa eos irregulares fore,vt no.in præ c.tua.& extr.ne cle. vel mo.
ſententiam.Is autem qui ante baptiſmum,vel etiā exiſtens laicus
irregularitatem contraxit poſt baptiſmum, vel etiam factus cle-
13 ricus,remanet irregularis.26.diſt.c.j.& ij.† Similiter ſi cuſtodiēs
infirmum det ei bibere vinum, vel aliud imperitè ꝯ conſilium
medicorum faciat,propter quod mors ſequatur, irregularis fit
ꝑꝑ imperitiam & negligētiam diſſolutam Sed ſi talia bona fide
fiunt circa ægrotos,non debet quis facilis eſſe ad faciendam ſibi
conſcientiam ſcrupuloſam quamuis in aliquo ſit erratum, ſi nō
ſit ibi lata culpa, cum negligētia diſſoluta quæ prope dolum eſt,
& huiuſmodi ſcrupulum de facili deponere debet ad conſilium
ſapientis. Si autem lata fuerit culpa aut negligentia diſſoluta, &
certum ſit ꝙ inde mors euenerit,irregularitas contrahitur.Si ve
rò non ſit certum, aut dubitatur probabiliter ſecundum iudiciũ
medicorum, aut non.In primo caſu abſtinēdum eſt ab officio &
promotione:in ſecundo depoſita erronea cōſcientia,ſi fieri poſ
ſit,poterit adminiſtrare,& etiam promoueri:aliàs non,ſecundũ
fratrem Ray.50.diſtin.hi,qui arborem.& c.ſæpe.Solus tamen pa
pa cum prædictis diſpenſat ſecundum quoſdam. Item eſt irregu
laris ordinatus ad ſacrum ordinem ab epiſcopo qui renuntiauit
epiſcopatui,vt extra,de ordi.ab epiſco.qui renunciauit epiſcopa
tui.capitul.1.Item ordinatus à non ſuo epiſcopo: non enim reci-
pit executionem.9 quæſtio.2.capitu.1.2 3.& 4.7. quæſtio.j.epi-
ſcopus in diœceſi.71.diſtinct.capitu.1.& 2.& dixi in decr. Greg.
f X. de temp.ordi. eos qui.[f] niſi fiat de licentia proprij epiſcopi,
vt ibi.& 9.quæſtio.2.Lugdun.Quidam tamen dicunt,quòd ordi
natus ab alieno epiſcopo non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpen-
dendus,vt extr.de temp.ordi.quod tranſlationem. & de ordi.ab
epiſcop.qui renunc.epiſcop.capi.1.§ j.ad fin. Vnde ſi celebrat,
non eſt irregularis:quia prædicta iura loquuntur de ſuſpenſione
quo ad ſe tantum,poteſt tamen ſuſpendi ſeu interdici ei ne cele-
bret,vt in præ.ca. quod tranſlationem. & ſi poſtea celebrauerit,
irregularis efficitur: nec poterit cum eo citra ſedem Apoſtolicā
diſpenſari:prout infra.dicetur:& hoc etiam probat ſtylus curię.
Nam quando ſcribitur pro talibus,dicitur ſic:Mandamus quate
nus ipſo ad tempus ſuſpenſo ſuper hoc, auctoritate noſtra diſpē
ſes.Et no. quod dicit,ſuper hoc:& non dicit,ſuper irregularitate
diſpenſes.¶Diſpenſatur enim,vt non deponatur: quod fieri de
g bet ſecũdum prædicta iura.& hoc ſentit do.meus.[g] Item ordina-
tus extra ſtatuta tempora,vt extr.de tempor. ordin. cum quidā.
Itē non ordinatus celebrans,vt j̄ §.nunc de epiſcoporũ. ver. 18.
Item recipiens plures ordines ſacros eodem die,vt eodem titul.
dilectus.Item minor 14.annorum in ſubdiaconum ordinatus,vt
eodem tit.vel non eſt.Item per ſaltum promotus,vt extr.de cle-
ric.per ſaltum promo.tuæ. ¶Sed quid ſi nullum ordinem habēs
ordinetur in presbyterum: vel quid ſi prætermiſſo aliquo ordi-
ne ſacro quis ordinetur in epiſcopũ? De hoc dic prout ibi nota-
h tur.[h] Item rebaptizatus,de conſecra.diſtinct.4.qui bis.extra, de
apoſtatis.c.1. Item ſimoniacus in ordine.extra,de ſimo. ſi quis.j.
q j.ſtatuimus. Item neophytus, vt 48. diſt. per totum. Itē regula
ris audiens leges,vel phyſicam vltra duos menſes. extra, ne cleri.
vel monac.non magno. in fine. Idem etiam dici poteſt de perſo-
nis illis quæ enumerantur eo.tit.c.ſi §.ſi. Item publicè pœnitens.
14 50.diſtinct.canones.& 55.diſtin.pœnitentes. † ¶Item accedens
ad monaſterium cā pœnitentiæ ibi agendæ pro quocunque deli
cto ſiue leui,ſiue occulto,vt extr.de renuncia.poſt translationē.
50.diſtin.ſi ille.Item ſuſpenſus,vt ext. de conſuetud. cũ dilectus.
Qui autem ſint ſuſpenſi,vide in Repertorio ſub titu.de ſenten.ex
i commun.in rubrica extraordinaria.[i] Item accuſatus accuſatione
pendente.extra,de teſti. capitu fin. Item conuictus & confeſſus,
& condemnatus de crimine.15.quæſt.vlt.ſi quis argumē. extra,
de teſtib.teſtimonium.Idem eſt ſi non ſit condemnatus,ſi crimē
ſit enorme & manifeſtum. 50.diſtin. de his vero. Item denuncia-
tus de aliquo crimine.extr. de accuſa. omnipotens. Item accuſa-
tor accuſatione pendente,vt 2.quæſt.3.Euphemium.Item excō-
municatus ſcienter ordines recipiens.extra,de ſenten excommu
nic cum illorum.Item recipiens ordines etiam ignoranter ab hę
retico,vel excommunicato,uel ſchiſmatico,uel ſuſpenſo,uel ēt
ab eo qui renũciauit epiſcopatui,ut legitur & notatur extra, de
ſchiſma.c.2.extra,de ordin.ab epiſcop qui renun.epiſc. c. fina.1.
quæſt 7 conuenientibus.Item qui contraxit matrimonium cum
ioculatrice, uel aliàs uili muliere, uel ancilla. 34.diſtin.ſi quis ui-
duam.extra,de cleric.coniuga.ſanè.2. Item promotus poſt inhi-
bitionē ſub pœna anathematis.extra, de eo qui fur. ordines ſuſ.
c.j.¶Generaliter quicunque promoueri non poteſt ad ordines,
uel honores ſine diſpenſatione:& quicunque ineligibilis eſt,irre
15 gularis eſt. † Item omnes caſus qui impediunt promouendos,
uel deijciunt iam promotos:& qui pœnam depoſitionis meren-
tur,irregularitatem inducunt:quos plene proſequere in Reper-
torio

## ADDITIONES.

a Obijcitur. ¶ xxij.q.2.ſi quis per teſtamentum.
b Imputatur ei. ¶ Ad irregularitatem uel ad culpam: ſi vero poteſtatem non habet,imputatur ad culpam,ſed non ad irregularitatem.
c In cauſa. ¶ Ibi dabo remiſsionem.
d Præſtiterit. ¶ Hoc ſcripſi poſt Inn.& Hoſt. in præ. decr. ſententiam. ſuper j.glo.
e Si quis. ¶ Et Ioan.ibi.
f Eos qui. ¶ li.6.& ibi vide in gl.quod non licet.
g D. meus. ¶ Vt poſt eum ſcripſi in præ. c. quod translationem.in glo.ergo talis.
h Ibi nota. ¶ Et 40.diſt,ſicut.& 52.diſt.ſolicitudo.
i Extraordinaria. ¶ Hanc j̄.declarat ver.caſus autem.uide quod plene not. in cle.de pœnis.cupientes.in gl.nota nouam.

torio ſub titulo de tempor. ordin. in duabus rubricis extraordi-
narijs,& ſub titu.de pęnis.in rubrica illa: caſus totius iuris in qui
bus promoti deponuntur:& de alijs multis, ut patet infrà. §.nūc
de epiſcoporum.¶Item in veteri Teſtamento quædā inueniun
tur irregularitates, quæ impediebant aliquem panes Domino of
ferre: quæ figuraliter intellectæ etiam in nouo repellunt, vt cœ-
cus,id eſt,ignorantia:claudus,id eſt,infirmitas mentis. Itē habēs
naſum paruum,id eſt,indiſcretio,vel grandem vel tortum,id eſt
immoderata diſcretionis ſubtilitas. item habens fractum pedē,
id eſt, alienatio à bono,uel gibbū, id eſt peruerſitas. Item lippus,
id eſt,depreſſio ingenij. Item albuginem in oculo habens, id eſt,
arrogantia. Item habens iugem ſcabiem, id eſt, luxuriam. Item
ponderoſus, id eſt,immunda cogitatio. Item habens impetiginē
in corpore,id eſt,auaritia. Hæc leguntur quadrageſimanona di-
ſtinctione.hic etenim.Item languidus: id eſt tarditas & negligen
tia.Indignum enim eſt,dare Deo quod dedignatur homo vt ea-
16 dem diſtinctione, cap. fina. † ¶Sunt quoque irregulares hi qui
poſt peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem,
vt extra,de renunc.niſi cùm pridem.§.primo quod contingit in
a pluribus caſibus.[a] ¶Primo,in homicidio. 50.diſtinctione.miror.
extr de tempo.ordi.ca.fin.¶Secundò,in ſimonia in ordine, pri-
ma,quæſtione j erga extr de ſimo.tanta. vel in beneficio quoad
illud retinendum extra,de accuſa.inquiſitionis.j reſpon.§ nunc
oſtendendum.verſi 23 ¶Tertio, ſi quis excommunicatus, vel
ſuſpenſus, vel interdictus in contemptum clauium ſe fecerit or-
dinari.extra,de ſenten excommuni.cum illorum.§ ſi autem hos.
¶Quartò ſi talis præſumit celebrare. 11. q. quæſtione tertia. ſi
quis epiſcopus in conci.extr.de vita & honeſt.clerico.vt clerico
rum.§.ſi quis igitur.uel beneficia conferre:vel ſi quis à contem-
nente interdictum beneficia recipere, vel ipſum interdictū vio-
lare præſumit.extr.de de exceſ.præla.tanta.Quintò,falſarius lite-
rarū domini papæ ext.de crimine falſi.ad falſariorum.§. primo,
b Talis tamen ſm papam, [b] ſi occultus ſit, poſt abſolutionem &
pœnitentiam peractam, ſine peccato ordinatur:nec debet pete
re reſtitutionem: quia nullo iure cauetur: quòd ſit infamis ipſo
iure.¶Sextò,hæreticus extr.de purgat.cano.inter ſolicitudines.
& qui fuit hæreticus,prima quæſtione ſeptima conuenientibus.
& §.fina.12.diſtin.non conſuetudinem.¶Septimo,exhibens hæ
reticis eccleſiaſtica ſacramenta vt extr.de hæreti excommunica
17 mus.primo.§.ſi vero clericus & §.ſane clerici.† ¶Octauo, ſodo
mita,extr de exceſ.præla clerici.¶Nonò,presbyter peccatorem
ſibi confitentē denundans.extr de pœ.& remiſ omnis §.fi.¶De
cimò, incorrigibilis, & in nimia contumacia perſeuerans, extra.
de dolo & contuma.veritatis.§.fi.23.q.4 forte.extr.de iudi. cum
non ab homine.¶Vndecimo crimen notorium de iure vel de fa
cto,extr. de tempo. ordi.c.fi. ¶Duodecimò,vtens officio aſſaſi-
norum,vel eos receptans,vel defendens,vel occultans, licet ex-
inde mors non ſequatur,extr.de homi.pro humani.lib 6.¶De-
cimotertio,apoſtata.extr.de apoſta. capit fi. ¶Decimoquartò,
ſchiſmaticus extr.de ſchiſmaticis.c.primo ¶Decimoquinto, in-
truſus.16.q.7. ſi quis deinceps.7. quæſtione j. factus. & c. ſeq. &
per abuſum ſecularis poteſtatis voluntariè electus.extr. de elect.
quiſquis.¶Decimoſexto,ſecundum Ioan. omne crimen, quod
ipſo facto inducit infamiam ciuilem, iij. quæſtione 7.c. infames.
§.porro. C.de infamibus.l.j. ff.de his qui no. infam l j. & l. ait.
¶Decimoſeptimò, infamia deſcendens ex delicto per ſententiā
declarato:quia pœna poteſt demi. culpa perennis erit. 2.q. 3.ca.
18 Euphemium. §. hinc colligitur. † ¶Infamis enim eſt irregularis:
ſiue ſit infamia iuris, vt 51. diſt. qui in aliquo.& 2.quæſtio. 3.c.ſi
quem.§ notandum.C.de infami l.j. extr de teſtibus c. teſtimo-
nium ſiue ſit infamia facti, vt extr.de accuſ.omnipotens.2. q.3.§.
hinc colligitur.80 diſtinct.tantis.C.lib.12.de dignit.l. iij. extr. de
exceſ.præl.inter.§ poſtremo. verſic. hoc etiam nota Qui autem
ſint infames, vide plene in noſtro Repertorio ſub titulo, de pœ
nis,in rubrica extraordinaria.¶Decimooctauo,in caſibus in qui
bus papa non poteſt diſpenſare,quos habes inf §.nunc breuiter.
& in quibus ipſe ſolus diſpenſat.qui no.ſupra.§.tit.j.nunc oſten-
dendum.In his enim caſibus etiam ſi occultū ſit, non poteſt quis
miniſtrare,ut j §. qualiter. in alijs autem caſibus non impeditur
executio ordinis poſt pœnitentiam peractam,ſed ſufficit per ſo
lā pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori:nec illa ſi latentia vel oc
culta ſint, irregularitatem inducunt,ut ext.de ſimo.c. fi.in fi. 50.
diſtin.ferrum.32.q.5.Chriſtiana extr.de coha.cler.& mu. veſtra.
extr.de renuntia.niſi cum pridem § perſonæ. Alij tñ ꝯ argu. pro
eis. 50.diſt ſacerdotes & c.de his vero.Sed dici poteſt quod indu
cunt irregularitatem canonicam, quæ per pœnitentiam abolet,
& non aliam, præterquam in homicidio, & in alijs præmiſſis caſi
c bus.extr. de temp. ord.c. fi. Vincentius dixit, [c] ꝙ nunquam pro
peccato occulto acta pœnitentia impeditur quis vti ordinibus
habitis,& aſcendere ad ſuperiores,niſi inueniatur expreſſum,ut
in ſimoniaco in ordine.extra,de ſimonia.tanta.Nec acta pœnitē
tia indiget diſpenſatione quoad vſum, vt in c. Chriſtiana. & in

c.ferrum.& in eadem diſtinctione,capitu.quæ ſub gradu. & præ.
cap de his. vbi dicitur ſeruato gradu. Intelligit enim ſeruato, ſcili
cet ipſo iure.argu.pro eo.extr.de tempo ordi.capitu.fin.ibi:non
debent, &c. & intellige contraria loqui de crimine, in quo lata
eſt ſententia:vel de fama,vel de infamia irregulari.25.diſtin. pri-
mum.61.diſtinctione, in ſacerdotibus. Item non obſtat extr. de
tempo. ordin. ad aures. quia loquitur de irregulari, qui non ha-
bet velle,nec nolle:quoad hoc autem,vt nunquam inde accuſari
poſſint,bene eſt neceſſaria diſpenſatio.extr.de fil.presby.ex tua.
ubi autem aliquis manifeſtè deliquit peccat celebrando,ſiue ege
rit pœnitentiam,ſiue non,vt in d.capit.ſacerdotes.extra.de furt.
d ex literis [d] & uide infra § nunc de epiſcoporum.verſicul prohi-
19 betur.& §.qualiter autem.verſiculo,hoc quoque.† ¶Item no-
ta quòd ſuſpenſus ab officio celebrando fit irregularis, vt 11.
quæſtio.3.ſi quis epiſcopus damnatus.& cap. ſi quis epiſcopus in
concilio.Sed canones illi loquuntur in excommunicato ſciēter,
& in contemptum clauium celebrante. Hodie tamen idem iuris
eſt in ſuſpenſo à diuinis,vt extra,de re iud.cum æterni. & de ſen-
ten.excommu.cum medicinalis.in fin.lib 6. & hoc caſu ſolus pa
pa diſpenſat,vt infra.§.nunc de epiſcoporum. verſicul. ſed nun-
quid poteſt. Suſpenſus autem à beneficio tantum non fit cele-
brando irregularis: quia hoc nullo iure cauetur, ſecundum Pa-
e pam.[e] extr.de electio.cum in cunctis.§.clerici. & cap. ſtatuimus.
§ fin. extr.de conceſ. pręben. quia diuerſitatem. Minori quoque
excommunicatione propter participationem ligatus, licet cele-
brando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis: imo ſi
medio tempore, ſcilicet, poſtquam communicauit excommuni
cato,celebrauerit, bene poterit ſine papæ diſpenſatione celebra-
re,vt extr.de cleri.excom.mi.ca. fin 11.quæſtio. 3.ſi quis presby-
20 ter.& capitu. ſequen. † ¶Quod autem dixi de excommunicato
minori propter participationem, idem etiam dicendum eſt in
notorio fornicatore & ſimoniaco, & omnibus alijs ſuſpenſis à
iure:cum & participans excommunicato ſit à iure ſuſpenſus, vt
eadem quæſtione,excommunicatos.& duobus cc.ſequen & ubi
eſt eadem ratio, idem ius debet eſſe. de conſanguinit. & affinita.
tua.extr. de conſtitu nam concupiſcentiam. Secus autem eſt in
ſuſpenſis ab homine. Illi enim ſi celebrant, irregulares fiunt, vt
in præce c.ſi quis presbyter.& c ſequen & extr. de cler.excom.
mi.c.2.& capitu.latores.& c.poſtulaſtis.Et eſt ratio: quia mitius
agitur cum lege quam cum miniſtro legis.ff de arbi l.Ceſſus.Qui
dam tamen dicunt participantes ſeu communicantes cum ex-
communicatis,& illos qui per ſaltum promoti ſunt,non ſuſpen
ſos à iure,ſed ſuſpendendos eſſe: & ſolum propter peccatum, q̃-
tum ad Deum, prohiberi à ſacramentis,& à promotione,ut extr.
de cler.per ſaltum promot c.vnico.& 52. diſt. ca.j. Quod uerius
f videtur ſecundum papam & do meum [f] Si enim à iure ſuſpenſi
eſſent,celebrando fierent irregulares, vt extr.li 6. de re iud.cum
æterni.§.ſi quis & § ſciturus de ſent. excom. cum medicinalis.§.
ſi quis.& §.fin. Alij tamen aliter dicunt,extr.de cohabit. cleri.&
21 mulier.ſicut. Ad idem extr.de ſent.excom ſolet.lib 6.† ¶Vt au-
tem in hac materia plenius inſtruaris, nota ꝙ excommunicatus
maiori excommunicatione ſiue à iure, ſiue ab homine ſcienter,
durante excommunicatione celebrans, ſemper fit irregularis, &
deponendus eſt,vt in præ. cap. ſi quis præsbyter. & c. ſequent.&
ea.quæſtion de illis.& in præ.decre. latores. Secus ſi ignoranter,
vt eodem titulo §. Apoſtolicæ.& infra.§ nunc de epiſcoporum.
verſicul. ſed nunquid poteſt. & etiam clericus illi miniſtrans, vt
g dicunt quidam, argumen extr.de apoſta.cap.2 [g] Si autem dubi-
taret probabiliter de ſua excommunicatione, præſertim quau-
do conſcius eſt de culpa ſua propter quam iuſte potuit excom-
municari:neſcius tamen exponit ſe diſcrimini:& ſi celebrauit, cū
ſit excommunicatus irregularis eſt: & indiget diſpenſatione
domini papæ,ut in d. capitu. Apoſtolicæ. Craſſa autem dici pōt
in talibus ignorantia, ſi citatus peremptoriè, nec iuit, nec miſit:
& ſic excommunicatus celebrat, licet nil de excommunica-
tione

## ADDITIONES.

a Caſibus. ¶ Quos ſcripſi in præ.c.niſi.ſuper gl.ex loco.
b Secundum Papam. ¶ In decr.niſi cum pridem.poſt prin.
c Vincen.dixit. ¶ In c.prox.alleg.
d Literis. ¶ Hucuſque Vin.qui addebat,maxime ſi ſcandalum eſt, uitari nō
poterit ante ſententiam.15.q.vlti.c.vlti.
e Papam. ¶ In prin.c.niſi cum pridem.
f Dominum meum. ¶ Qui hoc no. in ca. ſi celebrat. vt ibi ſcripſi poſt prin-
cipium.
g c.2 ¶ Hoc non placet,nec hoc etiam recipit interpretationem conſuetu
nis:& probat hoc decr.is qui.j.reſpon.de ſen.exc.li.6. non ob. decre.2.
ſpar enim eſt culpa celebrantis in excommunicatione & rebaptizantis
quaſi crucifigere Chriſtum dicitur.de conſecra. diſtin. 4. qui bis. Et in
punitur etiam iguorantia rebaptizati, vt ibi. & ſecus in excommunica
ne,ut ſupra.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a tione ſciat[a] In ſuſpēſis autem diſtinguitur quia quomodocunqs
quis ſuſpēdatur à iudice, ſiue ad certum diem, ſiue ꝑpetuo, ſiue
quouſq; peniteat: ſemper ſi celebrat, fit irregularis. Huiuſmodi
enim ſuſpēſi nunq debent celebrare, niſi prius ſententialiter ab-
ſoluantur per iudicē ſicut ſententialiter ſuſpenſi fuerunt: extr. de
regu. iuris. c. j Quidam tamen contradicunt in hoc vltimo caſu,
ſcili quando ſuſpenſus eſt quouſq; peniteat Sed pro primis mu-
tū facit 2. q. 5. presbyter. vbi dicitur de tali, ꝙ ad arbitrium ſuſpē
b dentis ſatisfacere debet[b] Et ſi tales ante abſolutionem celebrāt,
ſunt irregulares: vt in præ. c. ſi quis præsbyter. & c. ſeq extr. de re
ſcr. dilectus. extr. de exce. Apoſtolicæ. Suſpenſi vero à Deo, qua-
les ſunt oēs peccatores: vt ext. de cohab. cle & mul. c. fin. quia qui
indigne corpus Chriſti ſumit, iudicium ſibi mãducat & bibit. de
pſe. diſt. 2. ſancta. & c. timorē. & c. qui ſceleratē. 11. q. 3. c. ad men-
ſam §. euidenter. 23. q. 4. forte nunq̃ fiunt irregulares, ſi celebrāt
licet peccent: niſi in grauiorib criminibus, vt in homicidio, ſimo
nia, & huiuſmodi: in quib. etiam poſt peractam pęnitentiam exe
cutio officij impeditur, vt ſ. ver. ſunt quoque. quia hoc non in-
uenitur in canonibus. & hæc irregularitas à iure canonico tantū
22 eſt inuenta: vt dictum eſt ſ. ver. 2. † ¶ Et ideo neminem irregula-
rem iudices niſi hoc in iure inueniatur expreſſum, vt j. verſ. gene
c raliter[c]. In ſuſpēſis à canone ab officio ꝑpter crimen, dic ꝙ fiūt
irregulares celebrando: vt in præ decr. cum æterni. & c. cum me
dicinalis. Sed contrà, nonne excommunicati minori excommu-
nicatione ſuſpenſi ſunt à canone, & tamen nō fiunt irregulares
celebrando? vt ſ. ver. item no. So. excommunicatus minori excō
municatione eſt principaliter à Deo ſuſpenſus, & non à canone,
niſi per approbationem. quod apparet ex eo, quia quã cito vult
pęnitere, abſoluitur à quoq; confeſſore: & ſtatim celebrare pōt
vt ext. de ſen. excom. nuper in fin. Sed ſecus eſt in ſuſpenſis à cano
ne: quia ipſi quantuncunque pęniteant, ante tempus ſuſpēſionis
finitum celebrare non poſſunt: ut in prædicta decre. cum æterni.
& c. cum medicinalis. Sed adhuc opponitur, quia in minori ex-
communicatione aliquid adiectum eſt à canone. Nam in abſolu
tione eſt neceſſaria ſolēnitas extr. de ſen excom. nuper. & c. quã-
uis. & c. venerabilis. & c. duob. & omnia noſtra merito facimus,
quibus auctoritas noſtra impartitur, vt C. de ve. iu. enu. l. j. §. ſed
neq; & §. tanta autem. Sed dic, quod hæc adiectio, quo ad ſolen
nitatē, non immutat ſtatum, ſiue naturã ſuſpenſionis, vel mino-
ris excōicationis: & ideo non eſt dicenda ſententia canonis: ſed
23 Dei tantum. † ¶ Item quando dicitur, Sis ſuſpenſus, quouſque
d ſatisfacias, vel pœniteas; uel vſq; ad annum, vel aliud tēpus[d] nō
dicitur propriè ſententia, vel ſuſpenſio canonis, ſed Dei: & ideo
ſtatim poſt pęnitentiam legitimam celebrare poteſt: ut 81. diſt. ſi
qui ſunt præsbyte in prin. & etiam prius celebrans non fit irregu
laris ſecundam papam, ut probatur, & no. ſecundum eum extra,
e coha. cleri. & mulie. ſicut[e] Notorius quoq; fornicator non eſt
principaliter ſuſpenſus à canone, ſed à Deo. quod patet ex eo, ꝙ
quam cito pęnitet, licitè celebrat. eo. c. fina. licet per canones in o
dium criminis aliquid additum ſit, quo ad vitationem eorum vt
eo. ti. c. tua. & c. ueſtra. 32. diſtin nullus & ca. præter hoc. §. uerū.
ſecundum papam. Dominus autem meus dixit, ꝙ ſimoniacus &
notorius fornicator ſuſpēſi ſunt ab officio propter crimen à ca
none, quantum ad ſe, & quantum ad alios: ut in prę §. uerum. Vn
de quantumcunque pœnitentiam egerint, nunquam celebrare
debent ante obtentam à ſede Apoſt. diſpenſationē: alioquin cō-
trahunt irregularitatem: ut extr de biga quia circa. & notatur ſe
cūdum eum extr. de ſimo. tanta. & in præ. c. cum medicinalis. Si
enim aliquis eſt ſuſpenſus ab officio propter crimen, quantū ad
ſe & quantum ad alios, ſiue à canone, ſiue à iudice, ſemper fit irre
gularis celebrando, ſecundum eum, ut not. in præc. dec. cum æter
ni. & c. cum medicinalis. arg. tamen contra in his quę no. j §. nūc
de epiſcoporum. uer. 26. Porro ſi non ſint ſuſpenſi a canone pro-
pter crimen, ſed propter aliquem defectum, ut puta illegitimè
nati, & corpore uitiati, & huiuſmodi, non incurrunt nouã irre-
gularitatem, ſi ante obtentã diſpenſationē celebrent: & hoc cu-
ria Romana obſeruat: quia qñ diſpenſat cum talib. ſimpliciter,
diſpenſat ſuper defectu tantum: nulla facta mentione de irregu-
laritate: quia nullã contraxit. 66. diſt. Apoſtolica. & c. Cenoma-
nenſem. ext. de fide presby: ueniens. & c. peruenit. Et idē eſt, ſi ſu-
ſpēſi ſint à canone non propter crimen, ſed propter infamiam: ſi
cut illi quorū crimina ſunt notoria: & qui etiam poſt peractam
pęnitentiam celebrare propter ſcandalū & infamiam prohiben-
tur, ut in præalleg. decr. de coha. clerico & mulie. c. fina. & de no-
mi. ex literis §. fina & tamen celebrando ante diſpenſationē no
uam irregularitatem non incurrunt: quia hoc nō inuenitur iure
cautū. Et idem eſt in ſuſpenſo à confeſſionib. audiendis celebrã-
te ante reconciliationem: quia hoc iure nō cauetur. 11. q. 3. §. eui-
denter. De hac ſuſpenſione habetur 26. q. 5. & qu. 6 per totum.
¶ Hic etiam eſt, quod ſi quis in irregularitate exiſtēs beneficium
recepit: tamen impetrata abſolutione ſuper irregularitate, nō in-
diget alia diſpenſatione ſuper beneficio obtento, ſecundum fra-
trē R. ſed & vbi quis debet eſſe in ſuſpenſione, id eſt, in probatio-
ne prius quàm celebret, ſi illa durante celebrat, bene poteſt cum
tali epiſcopus diſpenſare, ut legitur & no ſecundum papam ext.
f de clerico peregrinant. c. j [f]Caſus autem in quibus ſit aliquis ipſo
iure ſuſpenſus, vel debeat de iure ſuſpendi, vide pleue in noſtro
aureo Repertorio ſub titulo de ſen. excommunicatio. ſub Rubri
ca caſus totius iuris, in quib. eſt aliquis ſuſpenſus & in titulo ſeq.
24 † ¶ Sed queritur, vtrum is qui non ſeruat, ſed uiolat interdictum
eccleſiaſticum celebrando in loco interdicto, ſit irregularis, & ſu
g ſpenſus iure ipſo? Et videtur ꝙ ſic:[g] vt extra, de exceſ. præla. tãta.
uer. fi. & de cle. excō. mi. poſtulaſti §. fi. Sed contra: quia celebrans
& communicans excommunicato non eſt ſuſpenſus ipſo iure,
nec irregularis. ut eodem titulo, ſi celebrat. in principio. multo
ergo minus qui non ſeruat interdictum. Super hoc dicunt qui-
dam, quod non eſt irregularis: nec ſuſpenſus ipſo iure. Et intelli-
h ligunt prædictam decretalem, tanta.[h] loqui, quando quicunque
non ſeruarent interdictum, ſed celebrarent in loco interdicto ex
preſſe per ſententiam erant excommunicati uel ſuſpenſi. Tu dic,
contra, etiam ſi ſuper hoc nulla ſententia lata fuerit, vt eodem ti
tulo, Apoſtolicæ. & extra. de electio. cum inter. R. & de poſtula-
tio. prælato capitul. 1. Qui enim in loco interdicto celebrat, non
i à canone, ſed à latore ſententiæ, intelligitur eſſe ſuſpenſus.[i] vnde
cum ſit irregularis, non poteſt diſpenſare cum eo, vt 11. q. 3. ſiqs
epiſcopus & c. ſeq. Qui autem coram excommunicato celebrat,
uere irregularis non eſt, qa non eſt ſuſpenſus nec ab homine, nec
à iure, ſed eſt cēſendus ſicut ille, qui excommunicato participat
in oratione, qui tantum minori excommunicatione excommu-
nicatus eſt, ut 11. q. 3. excommunicatis Nec eſt irregularis, ut in
præ. decr. ſi celebrat. in prin. unde poteſt à quocunque abſolui vt
ext. de ſent. excom. nuper in fi. ¶ Sed quare non multo magis eſt
ſuſpenſus celebrans & communicans excommunicatis, quam ce
lebrans in loco interdicto? De hoc dic ſecūdum papam, ut no in
k præ. c. tanta.[k] Suſpenſum autem ab homine reputo. ſiue nomina
tim ſuſpenſus ſit, ut Suſpendo talem: ſiue generalis ſuſpenſionis
ſententia ferat in omnes qui in tali facto commiſerint: Vt inter-
dico talem eccleſiam, uel talem ciuitatem: ut in prę al. decr. tanta.
25 & extr. de poſtula. c. 1. de uerbo. ſignific. cum in partibus. † ¶ Qđ
autem dixi, quod celebrans coram excommunicatis non eſt irre
gularis, fallit ſecundum quoſdam, ſi illi fuerint à domino papa
l excommunicati, ut extra, de ſententia excommuni. ſignificauit.[l]
Illud quoq; notandum eſt, quod cum locus interdicitur, non ſo
lum clerici illius loci, ſed etiam alienigene ibi prohibentur cele-
brare, niſi ſint priuilegiati, ut ext. de priuileg. quod nonnullis. & c.
ut priuilegia. Nominatim antem interdicti celebrantes irregula-
res, fiunt, ut 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in cōcilio. & c. ſi quis epiſco
26 pus damnatus. † ¶ Quæ autem dicimus de loco interdicto, intel-
ligimus

## ADDITIONES.

a Sciat. ¶ Durum videtur hoc cum potuiſſet etiam non excommunicari, &
poſt peremptorium iterum citari de off. deleg. conſuluit. de do. & contu-
ma. prout, vel alia pęna contumacis puniri, vt lit. non conteſta. quoniam.
b Debet. ¶ Remiſſiue dabo j. ver. proxim.
c Generaliter. ¶ Et ſic eſt declaratum de ſent. excom. is qui. j. reſpon. lib. 6.
d Tempus. ¶ Quomodo hæc duo vltima differunt à primis duobus, plene
ſcripſi de æta. & quali. cum bonæ. in gl. moderatè.
e Sicut. ¶ Vbi ſcripſi in glo. ſatisfactio, & gl. ſeq.
f c. j. ¶ Vt ibi ſcripſi. ſuper ver. ſuſpenſus.
g Quod ſic. ¶ Et ſic eſt determinatum de ſent. excom. is qui. 2. reſpon. libr. 6.
& quod ſequitur de celebrante coram excommunicato, ſi ſcienter ibi expe
ditur. in 1. reſponſo.
h Tanta. ¶ Vt ibi recitat Ber. in gl. no. quod ut quidam. ¶ Adde quod cele-
brans in loco interdicto, fit irregularis: voluit Fede. de Senis conſ. 221. An
autem prælatus non prohibens celebrare in loco interdicto, ſit & ipſe irre-
gularis, ibi vide. & cui incumbat onus probandi, quòd prælatus ſciuit locū
interdictum, etiam ibi vide: & an prælatus, qui tempore interdicti clauſis
ianuis interfuit miſſæ, quæ cælebrabatur ſuper cadauere cuiuſdam begui-
næ, ſit irregularis: cum dicta beguina ſit priuilegiata, ꝙ tempore interdi-
cti diuinis officijs poſſit intereſſe, & eccleſiaſtica capere ſacramenta, vide
Fede. de Senis concludentem quod non conſ. 86.
i Suſpenſus. ¶ Melius diceret, non à latore ſententiæ, ſed à canone: vt patet
præ. decre. is qui. 2. reſpon. & huic literæ melius coaptatur iſtud. vnde quod
ſequitur non ob. decr. nuper. de ſent. excom vt ibi ſcripſi ſuper gl. colligit
& vide quod no. e. tit. ſtatuimus. in ver. gl. & ſuper ea. lib. 6.
k Tanta. ¶ Cuius mentem ibi poſuit Ber. in additione.
l Significauit. ¶ Omnino videas quod ibi ſcripſi ſuper j. glo. ¶ Adde ver. ſe-
quenti illud quoque. Fede. de Sen. conſi. 92. incip. fratri Raynaldo. vbi be-
ne diſcutit materiam huius ver. & per ipſum etiam conſi. 70. vbi ponit de
illo qui accipit aliquos ad diuina officia tempore interdicti, alijs ſeruatis
circa obſeruationem interdicti: & an ſeruantes interdictum poſſint ad-
mittere aliunde venientes ad eccleſiaſticam ſepulturam: & an debeant il-
lo tempore portare corpus Chriſti cum ſono campanæ ad infirmum: & an
in quatuor feſtiuitatibus anni, in quibus tempore interdicti permittitur ce
lebratio diuinorum officiorum, ſepeliens mortuum ſit irregularis. Io. An.
& Pau. de Lea. vt refert Fede. de Se. conſ. 91. tenent quod ſic. Sed an tunc
officiantes ad ſepulturam ſint & ipſi irregulares, Fed. vbi conſuluit, ꝙ nō

ligimus etiamſi parochia fuerit interdicta. Si autem eccleſia inter
dicta ſit: ideo quia eſt violata ſanguinis effuſione, vel ſemine pol-
a luta: non eſt irregularis in ea celebrans. [a] Tunc enim non dr̄ pro-
prie interdicta, ſed dicunt̄ ſimi la organa eſſe ſuſpenſa. extr. de con
ſe. ec. vel alta c ſi extr. de adul. ſignificaſti & de priuil. tuarū. vbi
generaliter no. ꝙ celebrās in eccleſia a iure interdicta, nec ſuſpē
ſus nec irregularis eſt: quia interdictum nomē iuris eſt: & plus im
portat q̄ verbi proprietas ſonet. Idem ēt puto, ſi epiſcopus pro-
pter patronorum diſcordiam clauſerit eccleſiā, & inde reliquias
aſportauerit: præcipiens ne ibi miſſarū ſolennia celebrent̄. Non
enim credo, quòd celebrans ibi ſit irregularis. extr. de iure pat. c.
j. & ij. Si autem dicatur ſic: Interdico talem eccleſiā: celebrans in
ea incurrit irregularitatem & ſuſpenſionem: ſed clerici & laici il
lius eccleſiæ bene poterunt alibi vbicunque audire & celebrare
b diuina: niſi illud additū fuerit in ſnīa interdicti ſm̄ papam. [b] Idē
no. Vinc. extr. de conſue. cum venerabilis. Ber. tn̄ dicit, & melius,
ꝙ iſti laici non poterunt alibi diuina audire, vt not. extr. de priui.
c quod nonnullis. [c] ar. pro eo 4. q. 5. quiſquis. verſi. ſi autē. De hoc
dic ſm̄ papam, prout not. in præd. c. tanta. & in præd. Dec. quod
d nonnullis. & in c. cum venerabilis. [d] † ¶ Hoc etiam not. ꝙ excō-
27 municatus vel interdictus dr̄ violare ſententiam vel interdictū,
agendo ſuum officium, ſicut prius: puta offerendo in miſſa cali-
cem, vel vrceos & huiuſmodi, vel celebrando ſolenniter veſpe-
ras, vel matutinum, vt in præ. c. ſi quis epiſcopus in cōcilio. Vtrū
autem epiſcopus vel legatus ſic poſſit in hac irregularitate diſpē
ſare, no. inf. §. prox. ver. ſed nunquid epiſcopus. Quid ſi officio di-
uino intereſt, & cantat: non tamen celebrat? Rn̄. non incurrit irre
gularitatem vel ſuſpenſionem, licet peccet: quia non facit tanq̄
in officio ſuo agēs. ar. eiuſdē c. Legere enim pſalterium, vel doce-
re etiam Euangelium, vel nouum, vel vetus Teſtm̄ in eccleſia in-
terdicta, non eſt prohibitū: cum etiam ibi prędicari poſſit, vt ext.
de ſen. excom. reſpon. ar. tn̄ ꝯ ext. de exceſ. præl. tanta. & de cleri.
e excom. mi. illud §. fi. [e] & extr. de re iud. cum æterni. §. ſciturus. Sed
diſtingui poteſt, vtrum ex ignorantia ſeu etiam deuotione, an ve
28 ro ex contemptu, ſeu ex malitia ſe officio ingerat. † ¶ Quid ſi ex-
cōmunicatus celebrat, ſicut prius, vel dicit horas ſuas officiando
populum, non in eccleſia, ſed extr. puta in naui, vel in exercitu, vel
alibi? Reſpon. irregularis eſt. ar. de conſe. di. j. ꝓcedimus. Secus, ſi
dicit horas cum uno vel duobus, aut plurib. ſocijs non offician-
do in eccleſia, tunc tamen bene facit, ſi ſupprimit verba illa quæ
f a ſolo ſacerdote dici ſolent, ut, Dominus vobiſcū. [f] & ſi per aliū
etiam non ſacerdotē, facit officiū inchoari. Quid ſi excōmunica-
tus, vel interdictus celebrat in eccleſia non ꝯſecrata? Reſp. idem
iuris eſt, ac ſi eſſet cōſecrata, quo ad hoc, extr. de immu. eccle. ec-
cleſia. extr. de ꝯſe. eccle. vel alta c. fi. Nam ēt idem eſſet, ſi extra ec
29 cleſiam celebret, vt ſ. † Quid ſi ſacerdos ſepelit aliquem in cęmi
terio, in quo certum eſt aliquos excōmunicatos eſſe ſepultos? Et
vr̄ quòd ſit irregularis: cum cōſtet eum uiolare interdictum, extr.
de exce. præla. tanta. Nam tale cœmiterium interdictum eſt, do-
nec reconcilient̄, extr. de conſe. eccle. uel alta. conſuluiſti. extr. de
ſepul. ex parte. Sed dic ꝯ: cum hoc non ſit expreſſe iure cautum. j.
uer. generaliter. ſicut nec celebrans in eccleſia ſanguine uel ſemi-
ne polluta, ut ſ. uer. illud quoque. Mitius enim punit̄ committēs
contra interdictum legis, quam hominis. ff. de arbi. Celſus. In cœ
miterio autem per ſententiam hominis interdicto ſepeliens ſolē
niter, bene fit irregularis. j. uer. quid ſi excommunicatus. extra, de
poſtu. præla. c. j. prope prin. extr. de cle. excom. mi. c. Apoſtolicę.
Regulariter enim ſiue interdictus ab homine in loco nō interdi-
cto, ſiue etiam non interdictus in loco ab homine interdicto, ea q̄
ſuo ordini ſunt ſpecialiter attributa, ſolēniter prophanet, pręſer
tim ſcienter & in cōtemptum: ex hoc efficitur irregularis. ar. 11.
quæ. 3. ſi quis epſ. j. ibi: aliquid contigerit de ſacro miniſterio, &c.
30 † ¶ Quid de illo qui ſcienter & ſolenniter ſepelit publice excōi-
catū? Rn̄. licet grauiter peccet, non tn̄ ex hoc fit irregularis: ſicut
g nec ille qui celebrat excōmunicato. ſ. uerſi. ſed quæritur. [g] Quid
de officijs, uel miniſterijs: puta ſi magiſter ſcholarum ſuum exer-
ceat officium: & ſic de alijs? forte idem dicendum quòd de ordini
h bus ſecundum papam. [h] quod ex eo apparet, quia laici qui irregu
laritatem uel ſuſpenſionem non incurrunt, cum ordinem uel of-
i ficium non habeant, puniuntur, ſi uioletur interdictum. Tu dic, [i]
ꝙ talis non incurrit irregularitatem: quia hæc non competunt
ordinis ratione. Peccat tamen, & grauiter eſt puniendus, ſicut &
laicus excommunicationem contemnens, ut extr. de cle. excom.
31 mi. c. 2 in fi. † ¶ Sed qd dices de aduocatis, & tabellionibus, iudi-
cibus, & alijs publica officia gerentibus: nūquid ſi ab illis per ſupe
riorem ſuſpenſi, ea nihilominus exequuntur, irregularitatē incur
rant? Videtur ꝙ ſic. ar. extr. de hęret. ſi aduerſus. in fin. & de cler.
excommunic. mi. c. 2. reſpon. j. extr. de re iudica. cum ætern. §. ſci-
turus. Sed dic ꝯ, nec obſtant iura prædicta: quia locum habent in
ſuſpenſis a ſpirituali officio ordini ſacro annexo. 11. q. 3. ſi quis
epiſcopus dānatus. & c. ſi quis epiſcopus in concilio. Quid de be
nedicente menſam? Et vr̄ ꝙ ſit irregularis: quia hoc ex officio in
cumbit. 44. di. pro reuerentia. de conſe. diſt. 5. in omnib. Sed dic.
cum hoc nulli ſit ordini deputatum. 44. diſt. c. fi. ſecus in benedi-
ctione aquæ: quia illa fit cum ſolennitate. de ꝯſecrat. diſt. 4. aquā
32 † Quid de abſolutione ab excommunicatione? Dic ꝙ abſoluere
excommunicatum per ſententiam nō eſt ordinis, ſed iuriſdictio
nis, ſicut & excommunicare, ut 2. q. 1. nemo. Nam par eſt ius ligā-
di & ſoluendi. de pœ. diſt. j. uerbum, ſed abſolutionis ſolennia ad-
hibere, ſicut eſt dicere orationes cum ſtola, & pſalmum pœniten
tialem: & in eccleſiam introducere, ordinis & officij eſt. ar. extra,
de ſent. ex. nuper. in fi. 11. q. 3. debent. & c. ſeq. & j. de ſent. §. ut au
k tem. uer. porrò. & ſeq. [k] † ¶ Quid ſi diaconus, uel acolytus legunt
33 epiſtolam ſine apparatu in loco, ubi de conſuetudine generali
per ſubdiaconū dicitur epiſtola? Videtur quòd ſint irregulares.
arg. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus damnatus. ubi dicitur generaliter, ſi
quid contingat de ſacro miniſterio. Sed intelligendum videtur
de his, quæ certo & ſuo ordini ſunt deputata: ſicut ſubdiacono le
gere epiſtolam, uel acolyto portare cereos, & ſic de alijs. Simile
23. diſtin. ſubdiaconus. & c. ſeq. 25. diſtin. perlectis. 21. diſt. cleros.
Sed ſi facit ea, quæ nō ſunt certo ordini, uel officio deputata, uel
a iure, uel a conſtitutione eccleſiæ, uel de conſuetudine, ut ſi can-
tat Reſponſoria, uel legit lectiones: non ſit irregularis. Vnde uide
tur, quod ſi in aliqua eccleſia ſit conſuetudo, quod quiſque ſine
diſtinctione ordinis legat epiſtolam, uel portet cereos, uel quid
aliud pertinens ad aliquod officium faciat, non erit irregularis
34 qui illud officium facit. † Conſuetudo enim attenditur in ſacra-
mentis & in eccleſiaſticis officijs, ut extr. de celebratio. miſſ. perni
cioſus. cum ſuis concord. Argumen. tamen contra, extr. de ho-
mic. ſicut dignum. in fine. ubi dicitur quod homicidæ non debēt
etiam Reſponſoria ſeparatim cantare, ſed dici poteſt, quod illud
ſpecialiter fuit inuentum propter terrorem enormis criminis.
Patet ergo ex præmiſsis, quod in minoribus ordinibus contra-
hitur irregularitas, & probatur & not. ſecundum dominum
meum. extr. de cler. excom. mi. c. 2. Nam & tales degradantur, ut
11. q. 2. epiſcopus presbyter. in fin. 24. diſt. ca. fin. quidam tamē
dicunt conſtitutos in minoribus non incurrere irregularitatem
mini-

## ADDITIONES.

a Celebrans. ¶ Et ſic terminatum eſt de ſenten. excommu. is qui. j. reſpon. lib. 6.

b Papam. ¶ Qui hoc dixit in præ. Decre. tanta. in fi.

c Nonnullis. ¶ Salua pace Gul. Ber. non loquitur de ſpeciali interdicto eccleſiæ, ſed de generali interdicto terræ. de quo loquitur ibi tex. Cy. quod no. de ſen. exc. c. vlt. §. adijcimus. in gl. j. lib. 6. ¶ Adde ꝙ Ab. Sic. in c. tanta. de exce. præl. tenet, quod alibi poſsint celebrare & audire, quando locus ſolus eſt interdictus. & ita intelligit. d. c. tanta.

d Venerabilis. ¶ Tu diſtingue, ut de ſen. exc. ſi ſententia. §. j. lib. 6.

e §. fi. ¶ Vide quòd ibi ſcripſi in gl. diſtinguit. & in præ. c. tanta. ſuper ver. violauit. Adde, quod idem quod Spe. ſentit. Ab. in d. c. tanta.

f Vobiſcum. ¶ Hoc etiam ſupprimunt laici & moniales dicentes officium, vt ſcripſi de cele. miſ. c. j. ſuper. ver. 1. compleantur. Aduerte ad id quod dicit hic Spec. dum vult, quòd excommunicatus celebrans etiam extra eccleſiam, ſit irregularis. Nam videntur tenere contrarium In. & Hoſt. in c. ſacro. extr. de ſen. excom. Item Arch. in c. is cui. per illum tex. dum dicit in ea. extr. de ſent. exc. lib. 6. & ibi etiam Io. And. in gl. in uer. in ea. & ibidem Do. & Phil. Fran. Sed pro dicto Spe. facit: quia uidetur effectiue & conſecutiue prohibita celebratio, etiam extra eccleſiam, ſi ibi ſit populus & ſua plebs. Nam ibi eſt collectio fidelium, & nil aliud eſt eccleſia quam fidelium collectio. c. eccleſia. de conſe. diſt. 1. quare ſatis dubitandum eſt. Ego autem ſic dicerem, ſalua tamen opin. melius ſentientis: aut hic celebrans extra eccleſiā, cui eccleſia eſt interdicta, celebrat conueniendo populum extra eccleſiam fraudulenter, & in contemptum cenſuræ, & in hoc caſu ſum cum Speculatore. arg. c. illo vos. extr. de pig. c. quanto. de priu. c. fin. de immu. ec. lib. 6. cum ſi. Si vero celebrat his ſedatis, ſ. ſimpliciter, & non hoc animo fraudulento: ſum cum opinione contraria. Tu cogita. Vel poſſet dici, & forſitan melius, quòd opinio communis intelligitur quando celebrat ſine plebe, & fidelium collectione ſub aere in territorio aliquo, uel in aliquo priuato oratorio: non cum fidelium multitudine. & hoc quantum ad irregularitatem incurrendam: quia non incurritur, niſi in caſibus a iure expreſsis vt iam dictum eſt. Vltimo tamen his miſsis diſputandi gratia dicas, & hæc eſt veritas, ꝙ opinio communis intelligitur in ſuſpenſo, uel interdicto ſolum in eccleſia, ſeu eſt ſibi interdictus ingreſſus eccleſiæ, uel ab eo ſuſpenſus. & ita loquitur text. in d. ca. is qui. & cum hoc concordat autor infra. eo. §. verſi. quid ſi quis ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ. Sed hic loquitur in excommunicato maiori. dicas ꝙ qui eſt extra omnem eccleſiam, eſt membrum diaboli effectus. c. omnis Chriſtianus. & d. c. audi denique 11. q. 3. & ideo vbicunque celebraret cum populo, celebraret in eccleſia: quare, &c.

g Queritur. ¶ Dic ut de priu. epiſcoporum. lib. 6. & in clemen. de ſepulturis. qui.

h Papam. ¶ In c. tanta. Adde & intellige ſecundum præcedentem ad fi. & ꝑer Fed. conſi. Alex 111.

i Tu dic. ¶ Idem Hoſt.

k Et ſeq. ¶ Et illam exercens irregularis eſſet, vt in Decre. tanta. ſcripſit Inno. & Hoſt.

miniſtrando in ſuis officijs. Nam prædicta c. ſi quis epiſcopus. 1.
& 2. non loquuntur de his, ſed de presbytero & diacono, & pœ-
næ moliendæ ſunt vel ſaltem ſi incurrunt, poteſt cum eis epiſco-
pus diſpenſare, cum non inueniatur ei prohibitum nec eſt con-
tra, extr. de cler. excom. mi. Apoſtolicæ. quia ut dicunt, ibi loqui-
tur de exiſtentibus in ſacris ordinibus. Quid de ſimplici clerico?
Reſpondeo ſecundum illos qui dicunt, quod non eſt ordo, nul-
lam irregularitatem incurrit: ſecundum illos vero, qui contra-
rium dicunt, contrarium eſt dicẽndum, ſi in officio ſuo cantat.
23. diſtin. pſalmiſta. quod verius eſt ſecundum dominum meum,
35 argumen. ad hoc 21. diſt cleros. in principio. † ¶ Quid ſi presby-
ter excommunicatus, vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus ſuis
adminiſtrat in ordine acolytatus? Reſpondeo, irregularis effici-
tur, vt in præced. c. ſi quis epiſcopus damnatus, vbi dicit, ſi quid
contingit dẽ ſacro miniſterio: ſecus ſi tantum à miſſarum cele-
bratione ſuſpenſus eſſet. Quid ſi conſtitutus in minoribus ordi-
nibus excommunicatus legit epiſtolam in miſſa priuata? Re-
ſpondeo non eſt irregularis, ex quo ſine ſolennitate hoc facit: cũ
etiam à laicis quandoque legantur epiſtolæ, & lectiones in miſ-
ſa, de conſuetudine. Et idem iuris eſt, ſi miniſtret ſacerdoti ad al-
tare parando vinum & aquam & lumen, & huiuſmodi & idem
36 etiam puto in presbytero & diacono & ſubdiacono. † ¶ Quid
ſi epiſcopus à pontificalibus ſit ſuſpenſus? Dicunt quidam, quod
in illis celebrando non efficitur irregularis: quia pontificalia non
ſunt de ſubſtantia. Nam & ſine ipſis poteſt quodlibet pontifica-
le officium exercere: nec debet quis irregularis iudicari, niſi vbi
inuenitur expreſſum. Quid ſi quis ſuſpenditur ab ingreſſu eccle-
ſiæ tantum? Dic quod non fit irregularis celebrando: quia etiam
a extra eccleſiam celebratur: de conſecr. diſt. 1. concedimus[a]. Quid
ſi excommunicatus, vel ſuſpenſus baptizat? Reſpondeo, non eſt
irregularis, vt quidam dicunt: nam hæc pœna non extenditur ad
hunc caſum: quia hoc non eſt ſpecialiter certo ordini deputatũ.
argument. contra. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. 1. Sed quod ibi dicit,
contigerit de ſacro miniſterio: reſtringitur, vt dicunt, ad officium
eccleſiaſticum, & ad ſacramentum altaris. Vel dic quod ſi quis
paratus veſtibus ſacerdotalibus, vel diaconalibus ſolenniter ba-
37 ptizat, irregularis eſt: ſecus ſi aliter hoc facit. † ¶ Generaliter au-
tem dicendum eſt, quod non debet aliquis in dubio irregularis
iudicari, niſi vbi inuenitur expreſſum in iure. argu. ff. de pœnis. l.
præſes de pœn. diſt. 1. pœnæ. Irregularitas enim à iure poſitiuo
b eſt introducta, vt ſ. verſ. 2.[b] Scandalum etiam ſolum inducit irre-
gularitatem, vt extr. de homic ex literis. 1. Hoc etiam ſciendum
eſt, quod habens plura beneficia cum cura, vel plures perſonatus
ſine diſpenſatione, irregularis eſt, quod dic vt j. §. videndum. uer.
38 nunc aliqua. † ¶ Abbas autem propter irregularitatem à præla-
tione non remouetur, vt extr. de æta. & qualita. tuam. 50. diſt. ac
c cedens.: 6. q. 1. legi. ſecundum papam[c]. † ¶ Sed quæritur, quando
39 occaſione homicidij irregularitas contrahitur[d]? Super quo no-
d ta, quod ad hoc quod irregularitas & peccatum ex homicidio
contrahatur, neceſſe eſt quod interueniat conſilium vel præce-
ptum, uel factum, vel defenſio occidentis. 10. diſt. ſi quis viduã.
extr. de cler. pugnan. in duello. c. 2. in fi. 23. q. vlt. c. fi. de quo ple-
nè not. extr. de homic. ſicut dignũ §. clericos. Intelligitur autem
aliquis conſilium vel præceptum vel factum in mortem alicuius
dediſſe, quando ſua ſit illud, vel rogauit, uel mandauit, uel alias
cõſuluit oſtendendo vtilitatem, quæ ex homicidio ſequeretur,
extra. de hom ſicut dignũ. Sed & qui nõ conſuluit homicidium,
ſed conſuluit id unde illud ſequitur, irregularis eſt: ut ſi ſuaſit ia-
e ctum lapidis, machinæ, vel baliſtæ[e]. vel quòd quis iret ad capien-
dum caſtrum: quod de facili capi non poteſt abſq; hominis mor
te. Si enim ille occidit aliquem in captione caſtri, irregularis eſt:
quia captioni caſtri, & iactui machinę, uel baliſtæ valde affine
eſt hominem interficere, Secus autem videtur, ſi mandauit fer-
tiue, ſeu proditionaliter capi caſtrum: tũc enim licet qui ad hoc
vadunt, hominem occidant, conſiliarius ex hoc non fit irregu-
laris: niſi forte alias veriſimile eſſet, uel ipſe idem ſuſpicaretur, ꝙ
hoc ſine hominis morte fieri non poſſet. Vel dic, & melius, quòd
cum illicitum opus conſulat, irregularis efficitur, etiam ſi caſu
mors inde ſequatur, argu. extr. de homic. de cætero. In talib. eñ
ita punitur, qui remotam cauſam homicidio præbet, ſicut qui
propinquam, ut not. eod tit. presbyterum. Idem quoque eſt, ſi
mandauit aliquem verberari: quia ſatis credibile erat, quod ille
ſe defenderet. ff. de iuſti. & iur. ut uim. extr. de homici. ſignificaſti.
f prope fin.[f] Sed ſi inſiſteret conſilio liciti operis, uidelicet, ut ma-
icus, uel alter conſimilis capiatur: tunc non fit conſiliarius irre-
ilaris, etiam ſi capiens illum occidit: quia hoc non conſuluit:
g. extr. eo. tit. c. fin. Abſit. n ut ea quæ propter bonum facimus,
quid per hoc præter voluntatem noſtram cuiquam mali acci-
t, nobis debeat imputari. 23. q. 5. de occidendis. Semper tamen
irregularis dans directè conſilium in mortem alicuius, ut extr.
cleſ. uel mona. c. ſententiam. Nec intereſt, ſiue is cui datum eſt
nſilium, ſtatim fecerit homicidium, uel etiam diu poſt, niſi
primum conſilium reuocauerit, & contrarium ſuaſerit. extr. de
hom. Petrus. & arg. extr. de ſent. excom. mulieres. cum ſuis con-
cord. imò niſi firmiter & probabiliter credat quod poſt reuoca-
tionem conſilij, reuocetur is cui conſultum eſt à propoſito oc-
cidendi: neceſſe eſt quod denunciet illi de cuius morte tractatum
eſt, quod caueat ſibi. In eo autem qui mandauit pro ſe fieri ho
micidium, videtur ſufficere, ſi contrarium mandet tantum, ex-
tra, de reg. iur. omnis. uel ſi ſciente eo cui mandat eſt, pacem iu-
ret cum occidendo, ut 22. q. 1. omne quod. uel parentelam, uel
extr. amicitiam cum eo contrahat aliam. extr. de deſpon. impub.
cap. 2. Licet hoc non ſignificauerit ei: quia qui certus eſt, certio-
rari non debet. ff. de actio. empt. & uend. l. 1. in fine. extr. de elect.
cum inter uniuerſas. Ratio diuerſitatis eſt, quia quando manda-
to alterius, & pro alio tantum fit mandatum de occidendo: ui-
detur quòd contrario mandato, vel contraria uoluntate oſtenſa
debeat ab homicidio ceſſare. Sed ubi non fit mandatum pro a-
lio, ſed pro ſe, is qui conſuluit, debet ſemper diſſuadere, & etiam
plus facere, ſi hoc conſcientia dictat. Cautè tamen facit, ne quẽ
prodat, ut 46. diſt. clericus. 2 q. 1. ſi peccauerit. Si autem poſtquã
conſulens pœnitet: prius tamen quam reuocet conſilium, ille
procedit ad actum, irregularis fit, licet tempore perpetrati ho-
micidij in charitate ſit, niſi reuocauerit tempeſtiuè, ita quòd re-
uocatio ad illum peruenerit. ar. ff. man. ſi mandaſſem. & ff. ad Ma
ce. ſi tamen. & l. ſi filius. & ff. quod iuſſu. l. 1. reſp. 1. extr. de procu.
40 mandato. & c. ex inſinuatione. extr. de reſcr ex parte. † ¶ Sed ſi ali
quis alicui conſuluit, quòd proiiciat ſe in mari, uel quod alias
g ſe occidat, irregularis fit. argumen. 50 diſtinctio. ſi quis viduam[g]:
Sed pone, ruſticus ſuper aſinum volebat torrentem uadere,
cumque fuiſſet in medio torrentis. aſinus nec ante nec retro uo-
h luit ire, ſicut aſina Balaam[h] 2. quæſt. 7. capitul. nos ſi. § item cum
Balaam. & capitul. ſecuti ſunt. Clericus uero una cum alijs, quia
aqua creſcebat clamauerunt ad illum, ut de aſino deſcenderet,
& rediret ne periret, firmiter & ueriſimiliter credentes, quod
illæſus redire poſſet: ille igitur ad eorum clamorem de aſino de-
ſcendens vi fluminis eſt ſubmerſus: nunquid ergo clericus ille
irregularis eſt? Reſponde; non. Abſit enim, vt ea quæ propter
bonum. & cætera. ut in præ. capitul. de occidendis. & ad idem.
ea quæſtio. cum homo. Recte ergo conſului illi religioſo facto,
ut erroneam deponeret conſcientiam, ut extr. de ſimo, per tuas.
41 2. in fin. † ¶ Quid ſi iudex habens latronem captum, quærit ab
aliquo perito, quid fieri debet de tali: & ille reſpondit, talem
morte puniendum, vel ſimile: iudex autem ſecutus conſilium,
latronem punit ad mortem? Reſpond. irregularis eſt, ſecun-
dum R. taliter conſulens. fuit. n. in culpa ſic, in caſu qui de facto
i erat, reſpondẽdo, extra, de exceſ. prælato. ex literis. vbi de hoc[i].
Si

## ADDITIONES.

a Concedimus. ¶ Dic vt de ſen. exc. is cui. 1. reſpon. lib. 6. quicquid intelle-
xerit Gul. in eccleſia celebrando, irregularis eſt, vt ibi. ¶ Adde quòd ſi ſu-
ſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ celebrat in eccleſia, fit irregularis, tenet Fed.
conſil. 120.

b Ver. 2. ¶ Sumitur, & uide ſ. ner. ut autem. in fin.

c Papam. ¶ Qui not. hoc de cor. uit. expo.

d Ccontrahitur. ¶ Multa de his quæ hic ſequuntur, ſcripſi poſt Innocent. &
Hoſtien. de homic. ad audientiam. in glo. mag.

e Baliſtæ. ¶ Vide quod ſcripſi de parante baliſtam, ne cle. vel mo. ſenten-
tiam, ſuper verb. baliſtariis. ¶ Adde quòd ſi fanticellus alicuius officialis
minor 14. an. doli tamen capax, vadit cum familia ad capiendum aliquem,
qui poſtea ſuſpenditur ſine facto illius fanticelli, an efficiatur irregularis?
& dato quòd efficiatur, an poterit abſolui à ſuo prælato ipſo iam profeſſo:
cum prælatus habeat priuilegium diſpenſandi ſuper irregularitate con-
tracta cum quocunqne ſuo ſubdito: niſi fuerit caſus grauis & enormis, pro-
pter quem merito tales eſſent ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi. vide Fe-
deric. conſil. 158.

f Prope fi. ¶ Et ſic eſt terminatum eod. tit is qui. lib. 6. etiam ſi ille mandans
expreſſe prohibuiſſet occidi, vt ibi.

g Viduam. ¶ Hoc autem intelligas, ſi conſilio paritum fuit: nec putes ex ſo-
lo conſilio irregularitatem induci. Vnde canon ille ſupponit homicidium.
Et quod ſic intellexerit Gul. patet ex ſuperioribus: & ſic etiam ſcripſi in p.
c. ad audientiam. Et ſcias, quòd hoc interdicit auctor ibi: ſcripta vſque ad
ver. quod ſi aliquis conſuluit.

h Balaam. ¶ Numeri 22. & 2. Petri. 2. c.

i De hoc. ¶ In glo. 2. & vide quod ſuper ea dixi. & ne cleri. vel mon. c. cleri-
cis. ſuper verbo, officium. ¶ Adde quod Bald. in authen. habita. C. ne fil. p
pa. dicit, quòd clerici poſſunt dare conſilium in legibus & ſtatutis conden-
dis. licet ex hoc ſequatur mors, non efficitur irregularis. Ad quod facit qđ
voluit Inno. in c. ad audientiam. extr. de homic. vbi dicit, quòd qui dat cõ-
ſilium rei licitæ ſecundum conſcientiam, licet ex hoc indirecte ſequatur
mors, non efficitur irregularis. Adde tu, quòd hoc communiter tenetur vt
vbi non imminet crimen de præſenti puniendum, clericus dicens ſeu re-
ſpondens de iure, vel etiam conſulens tale crimen corporaliter puniendũ,
& c ex hoc non incurrit aliquam irregularitatem: alias ſecus. hoc modo in-
telligitur glo. in c. omnit, 3. di. glo. in c. delatori. 5. q. 6. hoc tenet Hoſt. in d.
c. ex literis. extr. de exceſſ. prælat. hoc tenet Arch. in d. c. omnis. hoc tenet
Abb. in c. 1. extr. de furtis.

Si vero non eſt caſus de facto, ſed iudex ſimpliciter quærit qua-
liter ſint tales puniendi,& clericus reſpondet, quod ad mortem,
vel ad ſanguinem. quam reſponſionem ſecutus, talis punit ad
mortem; vel ad ſanguinem. Si reſpondens reputatur Iuriſcon-
ſultus, & ſuper talibus conſueuit conſulere, & reſpondere con-
ſultus;aut errauit in apicibus iuris, & vbi ſunt variæ magiſtrorũ
opiniones,reſpondet ſecundum opinionem ſuam, in qua etiam
aliqui periti errant, & tunc non eſt irregularis: dum tamen con-
ſulenti dicat ſuper hoc varias eſſe opiniones:aut errauit per craſ-
ſam ignorantiam & ſupinam:vbi nullus peritus probabiliter du-
bitaſſet:& tũc fit irregularis,qa fuit ĩ culpa lata.Si aũt nõ reputat̃
Iuriſconſultus:nec interrogatus, reſpondet ut Iuriſconſultus,
ſed ſimpliciter dicit quod de talib.ſentiat,nec præſumit,nec præ-
ſumere debet quòd iudex ſequat̃ ipſius reſponſionem: contra-
hit ex hoc irregularitatem, ex quo non reſpondeat ad caſum,
qui ſit de facto, Sed ſi ſcienter reſponderet ad caſum, qui eſſet
de facto: ut pote, ſi iudex quæreret ab eo, quid debet facere de
primo deprehenſo in tali. & tali crimine: ſi ex eius reſponſione
ſequatur mors, irregularis eſt: quia in culpa eſt in caſu de facto
a reſpondendo, ſecundum fratrem R.de penna forti[a]. † ¶Quid ſi
42 epiſcopus habens iuriſdictonem temporalem, interrogatur à
iudice à ſe conſtituto, quid agendum ſit de aliquo crimine, pro
quo eſt pœna ſanguinis infligenda? Reſpon.poteſt reſpendere,
hoc non pertinere ad epiſcopum: ſed conſule ſuper hoc alios
peritos. arg. in præ. Decret.ex literis. Poteſt etiam præcipere, ut
quidam dicunt,ut puniat,ut iura volunt, dum tamen non expri-
mat, quod puniat ad pœnam mortis, vel ſanguinis: prout not.
Hug.di.tertia omnis autem lex. non tamen debet intereſſe, ne
videatur actoritatem præſtare. Alias autem ſi alius prælatus ex
ſola curioſitate talibus intereſſet, non ob hoc fieret irregularis,
niſi alias de facto cóoperaretur, ut ver. ſed quid de iudice. & ſic
intellige præ. capitul ex literis. Si vero epiſcopus à iudice inter-
rogatus reſpondeat,malum eſt, ſi iſte malefactor remanſerit im-
punitus:irregularis fit, ſi poſt eius reſponſionem iſte pœna mor-
43 tis, vel ſanguinis puniatur: vt eo cap. † ¶Quid ſi aliquis conſul-
uit alicui, quod aliquem occidat, ipſe tamen ab illo occiditur?
Dicunt quidam irregularem fieri conſulentem: quia dedit ope-
ram conſilio illiciti operis: vnde quicquid mali culpa, vel caſu,
inde ſecundum eſt, ſibi debet imputari. arg.extr. eo.tit.contine-
batur.& cap. ſuſcepimus. Potuit enim conſiderare, & examina-
re diligenter quod etiam ipſe poterat ab illo occidi: vnde fit irre-
gularis. 50. diſtinct.hi qui.& cap. ſæpe. Alij contra dicunt, quia
nullum conſilium dedit in mortem iſtius: imò eum mori nole-
bat. Si enim hoc voluiſſet,& fraudulenter ei conſuluiſſet ad hoc,
vt ipſe occideretur: indubitatè irregularis eſſet. argument.præ
dictorum.cap.hi qui & c.ſepe. & extr.e.cap. ſignificaſti. Conſi-
lium enim illius licet malum fuerit, & magnæ negligentiæ, non
tamen fuit ad mortem eius:nec fuit in negligentia in morte eius,
quia conſilium ſic debuit inteligi, vt bene ſibi caueret, & hoc fa-
ceret in loco & tempore, vbi recipiens conſilium, vel ſui, occidi
non poſſent occidendo eum. Sed ſi excitaret eum ad occiden-
dum alium in loco, vbi periculum eſſe poſſet, tunc bene eſſet
irregularis:etiam ſi is, cui conſuluit, occidatur. Quod ſi dicatur,
ſemper apparet quod non fuit diligens, nec bonum dedit con-
ſilium, ex quo is qui recipit conſilium, eſt occiſus: ipſe reſpon-
deat, fines mandati diligenter ſeruandi ſunt, extr. de reſcri.cum
dilecta.ff.manda.diligenter. Vnde ſi non bene ſibi cauet, & fines
mandati egreſſus eſt, non videtur eius conſilio feciſſe: vnde non
b eſt irregularis[b]. † ¶Porro ſi quis alicui ſuadeat, quod pro patria
44 ſua, vel proximo ſuo, vel pro iure ſuo, vel eccleſiæ ſuæ periculo
ſe exponat: non ob hoc fit irregularis, etiamſi ille ibi moriatur,
23.quæſtio 3.pro membris. & infra capitulo ſequen. & capitu-
lo 3.igitur & capitulo ſequen & capitulo, conuenior:in princip.
prope fi. verſicul. reſpondi. & verſicul. ſanctus enim. Sed ſi ſci-
ret, vel crederet eum moriturum, tunc uidetur quod fiat Irre-
gularis:quia eſt ordinata charitas.quod quiſque diligat plus cor-
pus ſuum, quam alterius. de pœnitentia diſtinctione tertia. qui
vult.ſed ſi ei conſulat,quod ſe indubitatæ morti exponat pro ho
nore Chriſti, vel pro fide, vel pro ſtatu eccleſiæ, non fit irregu-
laris:etiam ſi mors inde ſequatur. 25.quæſtio. 1.ſunt quidam. 11.
quæſtio. 3. non ſolum & capitu.ſequen. cum Chriſtus pro nobis
mortem ſubierit. 12. quæſtio. 2. cum redemptor.extr. de hom.
pro humani.& ſancti martyres pro eccleſia ſanguinem ſuum ef-
fuderunt:hac etiam ratione excuſari poſſunt ab irregularitate in-
quiſitores hæreticæ prauitatis: ſcientes, quod ſtatim poſtquam
pronunciauerint aliquem hæreticum eſſe, ille morti tradetur,
hoc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam acce-
dat 23.q.8.legi.& q. 5.ſi audieris. Quid de his, qui propter indul-
gentiam habendam portarũt ligna ad hereticos comburendos?
Reſponde, ſi illa ligna combuſſerunt hæreticum irregulares ſunt:
45 nec cum eis diſpenſatur, niſi per papam. † ¶Facto autem ſi quis
ſponte committat homicidium propria manu, fit irregularis:
etiam ſi Paganum, vel Sarracenum occiderit 50.diſt. clericum.
& c.de his clericis.extr.de homici.c.pen. Idem etiam eſt,& ſi non
ſponte.ſed caſu cum daret operam rei illicitæ: vel ſi nõ adhibuit
diligentiam, quam debuit: vt ext.de homic.ca. ſicut dignum.&
cap.presbyterum. & cap. continebatur. & c.ad audientiam. & c.
Ioannes & cap.fin.Idem eſt,ſi cauſam proximam morti dedit:ut
50.diſ ſtudeat.vel ſi venenũ dedit:vt eo.tit.ſi aliquis.& C.de ma-
leficis & mathe.l.1.ſiue accuſator, vel iudex,vel aduocatus,vel te
ſtis fuit in cã criminali:vt s̃.ver.item litigioſus,&c.Si autem caſu
committitur homicidium & dabat operam licitę rei, & adhibuit
diligentiam,quam potuit,ex hoc non fit irregularis, ut extra eo-
dem.lator.& c. ex literis.2. & c.ſeq.& c. Ioannes.& c. fin. Alij di-
cunt, quod talis ſit irregularis,licet ei non imputetur ad culpam:
quia Deus cor interrogat, lex autem opus quærit. 15. q. .ſi quis
non eratus. Sed prius dictum eſt uerius. Hinc eſt quod medico.
qui adhibuit diligentiam,quam potuit,& operatus eſt iuxta tra-
ditionem artis medicinæ, non imputatur mors ægrotantis extr.
de ætat. & qual.ad aures. & de homic.tua & s̃.ver. contrahitur.
alias autem ſi in aliqua negligentia fuerit:conſulitur medico, ne
46 promoueatur ad ordines. † ¶Quid ſi aliquis infirmum vertit,
vel tranſuertit in aliud latus, vt citius moriatur? Reſp.irregula-
ris efficitur tam ipſe, qui fecit, quam ille qui conſuluit, ſi ex hoc
mors fuerit ſubſecuta:puta,quia forte via anhelitus præcluditur,
vel rumpitur apoſtema ex violentia motus, & ſuffocatur.Si au-
tem non citius moritur ex hac cauſa, non eſt irregularis: licet
alias pœnitere deberet de peccato Si tamen de his & ſimilibus
dubitatur, an inde mors fuerit ſubſecuta, deponat leuem & te-
merariam conſcientiam ad arbitrium prudentis viri: alioquin
eligat tutiorem viam.& iunge quod no.ſupra.ver.item exercẽs.
Quid ſi aliquis tenet ceruum, vel leonem, qui aliquem occidit?
Dic quòd non eſt irregularis,dummodo malitiam vel latam cul
pam non adhibuerit in morte alicuius. Non enim videtur,quod
leuis culpa, vel negligentia debeat huic imputari, cum multum
ſit remota cauſa ab homicidio. Alij dicunt quod ſi aliquid eſt,qđ
poſſit imputari tenenti ceruum vel leonem, qui occidit, eſt irre-
gularis argum. 50.diſtinctio.ſæpe.Inſtit.ſi quadrupes pauperiem
feciſ.dica.§.1.Item quandoque aliquis eſt irregularis, vt non pro-
moueatur, ſed non quin miniſtret in ſuſceptis ordinibus, vt ext.
de homic.continebatur.in fi.& c.ad audientiam.in fin. Item non
ſolum eſt irregularis quis, ſi ex eius percuſſione aliquis interiit,
vtrum etiam ſi ex hoc infirmitatem contraxerit, vnde mortuus
eſt:ut extra,eo capitul presbyterum & capitul ad audientiam.&
47 50.diſtinction.ſtudeat.extra,de cler.percuſ.cap.2. † ¶Defenſio-
ne quoque committitur homicidium. Vnde ſi quis ineuitabili
caſu ſe defendit,& homicidium committit, irregularis efficitur:
vt in præ.capitul ſi quis viduam. quia voluntate committit ho-
c micidium,ſed facilis eſt cum huiuſmodi diſpenſatio[c]. Item etiam
defenſione committitur: vt ſi quis comitatur occiſorem, ut eũ
d defendat, extr.de homic ſicut dignum[d]. Quid ſi potui hominẽ
defendere, & liberare eum à morte, & non feci? videtur ꝙ ſum
irregularis:quia qui poteſt hominem liberare à morte, & non li-
berat, eum occidit: vt in ead dec.§. illi etiam ext.de ſent.excom-
mu.cap.quante.& c.dilecto §.fin. 23.q. 5 non inferenda. 83. di-
ſtinct.§.1.ff.de lib.agnoſ. necare. Sed ſuper hoc vide quod no.in
48 præal.Decret.quante.& c.dilecti. † ¶Quid ſi cum velles homi-
nem liberare a morte iniuſta, te retraho a propoſito liberandi?
Reſp.irregularis ſum:quia quodammodo homicidium commit
to indirecte. 50.diſtinct.ſi quis viduam. de pœn. diſt. 1.periculo-
sè. Illud etiam nota. quòd ſi quis occidendi animo percuſſit la-
tronem, non tamen lethaliter, latro autem ex aliorum vulne-
ribus perit, irregularis eſt, vt colligitur extra, de homic.ſignifica-
ſti.primo.Idem eſt etiam ſi non percuſſit, ſed aliquid operis im-
dendit in mortem cuius:puta:quia latronem detinuit, vel cõtra
cum

## ADDITIONES.

a Forti. ¶ Cuius etiam fuit ver.ſequens in ſum.de hom.ver.idem nota.

b Irregularis. ¶ Hucuſque ſic ad literam recitat Innocent. in Decre.ad au-
dientiam.vt ibi ſcripſi. ver.quid ſi Titius, Sed tu ſimiliter dicas eum irre-
gularem, per Decre.is qui.de homic.lib. 6. Nam vt ibi ſcripſi.ſi ille prohi-
bens homicidium propter culpam, & quia non præuidit, quod debuit, eſt
irregularis.fortius ergo ex eiſdem cauſis iſte, qui ſuadebat homicidium, &
ibi vide. nota. ſuper ver.occidat. Idem in conſulente aggreſſionem dicen-
dum, ſi ſequatur mors, vel truncatio. ¶ Adde quòd opi. Ioan. Andr.ſequi-
tur Abb.in c.ad audientiam extr.de homic.

c Diſpenſatio. ¶ De hoc j.eod.§. ad fi ſed hodie terminatum eſt per clem.de
homi.ſi furioſus.quod accidens neceſſitate ineuitabili, quia mortem aliter
vitare non poterat, irregularis non eſt: vt ibi.2. reſp. Et vide quod ibi.no.
& ibi.j.reſponſ. Idem dicitur de furioſo, infante, vel dormiente. Adde ꝙ
pro hoc facit quod volunt doc. in l. ex hoc iure.& in l. vt vim. ff. de iuſti.&
iur.quod occidens neceſſitate ineuitabili non tenetur de homicidio.con-
ſuluit Bald.conſi.430.lib.1.

d Dignum. ¶ De hoc infra, ver.quid ſi aliquis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eum clamauit, & huiuſmodi. Alias autem ſi clamaſſet contra eũ,
non in mortem eius ſed quòd caperetur: vel detinuit vum, vel le-
uem ictum ei dedit, irregularis non eſt, etiam ſi ab alijs occidatur,
ſecundum papam. arg. præ. Decre. In hoc enim videtur eſſe vis,
quòd non auxilium, nec conſilium det in morte alicuius apertè,
nec etiam ſit in negligentia: quia ſi culpa eius, vel malitia homi-
cidium perpetratur, irregularis fit. & idem eſt, ſi eius negligentia
committitur, 50. diſt. hi qui. extr. eo. Petrus. & ideo ſiue clamet
contra latronem, ſiue eum capiat, ſiue quocunq; alio modo po.
tuit intelligere ex clamore, vel alio actu ſuo homicidium poſſe
ſequi, irregularis eſt: niſi fortè faciat propter corporis ſui pericu-
lum: vt ſi timet quòd aliquis eum occidere velit, tunc enim bene
poteſt inuocare & clamare pro auxilio: quia non intendit in alio-
rum mortem, ſed in ſuam liberationem, & præterea liberat à pec
cato animam volentis eum occidere: ſecus ſi faciat hoc propter
periculum rerum: vel ſi fugæ præſidio euadere poteſt, eo. tit. ſu-
ſcepimus. Clericus quoq; qui vna cum ſocio cepit latronem, & li
gauit, & poſtmodum timens interfici à latrone ligato, eum inter-
ficit: irregularis eſt, extra, de homi. ſuſcepimus. Item ſi clericus nõ
valens aliter recuperare res ſuas, tenet furẽ, ne cum rebus fugiat,
donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res ſuas
recuperandas, non eſt irregularis, vt quidam dicunt: licet fur à iu-
dice poſtea corporaliter puniat, vt j. ver. prox. dum tamen eius
intentio non ſit corrupta, intendendo ad furis mortem, vel mu-
49 tilationem. † ¶ Quid ſi clericus tradit ſeculari poteſtati latronẽ,
petens quòd eum puniat citra ſanguinis effuſionem: vel petens
rem ſubtractam ſibi reſtitui? Reſp. licet poteſtas in latronem ani-
maduertat, non propter hoc clericus fit irregularis: nec etiam no
cet illi, ſi ad conuincendum latronem tradiderit interſignia. Et
idem eſt, ſi ſimpliciter deponit querelam de iniuriantib. ſibi & ec
cleſiæ ſuæ, quamuis tales vix abſq; ſanguinis effuſione valeant
coarctari. ext. eo. tua nos § ad vltimum. & c. poſtulaſti. 23. quæſt.
4. Maximainus & qu 5. c. 1. & c. vnum. & c. pœna. & arg. ff. de bo-
nis liber. qui cum maior. §. 1. & hæc vera ſunt, quando non inten-
a dit ad mortem: nec hoc in animo gerit, ſed fortè[a] expreſſe inſta-
bat, vt citra ſanguinis effuſionem caſtigaretur. ext. de rap. in ar-
chiepiſcopatu. uel in exilium mitteretur, vt ext. de iud. c. cum nõ
ab homine. & de verb. ſignifi. nouimus. vel in perpetuum carce-
rem detruderetur. ext. de hæret. c. excommunicamus. 2. §. pen. &
de apoſt. à nobis. 23. q. 5. non vos. Non eſt ergo irregularis agens
contra furem ciuiliter de crimine, non criminaliter ad mortèm
vel ſanguinem: licet iudex cauſa probata illum ſuſpenderit ex of-
ficio ſuo: vt not. in præ. cap. poſtulaſti. Abſit enim ut ea, quæ pro-
pter bonum facimus, ſi præter voluntatem noſtram cuiquam
malum inde contingerit, nobis debeat imputari: vt 23. q. 5. de oc-
50 cidendis. † ¶ Et ſunt hæc in arg. nullus noram irregularitatis in-
currere eum, qui per executores alicuius curiæ procurauit ali-
quem capi propter tale delictum, propter quod nec mori, nec
mutilari debuiſſet: licet iudex inueniens eum alia commiſiſſe, p̃-
pterea ſuſpenderit eum: ſi tamen ille nec credidit, nec cogitauit
id contingere poſſe. ¶ Quid ſi iudex, vel officialis in ſequitur fu-
rem fugientem, & quærit à me vtrum viderim illum: & ego ſciẽs
quòd fur ille ad mortem quæritur, inſtruo eum? Reſp. ſi per meã
reſponſionem fur inuentus eſt, & occiſus, irregularis ſum: ſecus
ſi neſciui, nec ſuſpicatus fui, quòd ad mortem, vel ad pœnã ſan-
guinis quæreretur. Quid ſi ſcio illum ad mortem quæri, nec ille
fugere poteſt, niſi per alteram de duabus vijs: & dico quod per
b hanc viam non fugit, ſciens eum per alteram fugere[b]? Et videtur
quod non ſim irregularis: quia nõ indicaui eum: arg. contra, quia
dicendo ipſum per hanc viam non fugere, implico eum per aliã
fugere. argu ext. de præſumpt. nonne. Tutius eſt ergo tacere, vel
quærentem curialiter eludere dicendo: Nunquid ego cuſtos il-
lius ſum? vel alio modo. de pœ. di. 1. c. voluiſſent. § ex his itaque.
51 uer. deniq;. 43. diſt. in mandatis. in fin. † ¶ Sed quid ſi agenti ad
res ſuas, ex poſt facto placet, quod latro ſuſpenſus eſt, & ratum
habet? & quidem uiderur contrahere irregularitatem. Nam ra-
tihabitio retro trahitur, & mandato comparatur: ut ff. de ui &
uiar. l. 1. §. quoties. & ext. de electio c. pen. & ff. de his qui not in-
fam. quid ergo ext. de reſt. ſpolia. cum ad ſedem. in fi. Quod enim
non pronunciat ore, Deus audit in corde. & uoluntas pro opere
reputatur, ut 17. q. 1. cap. qui bona. §. ſi ergo. Et hoc tenet dom.
c meus. quod uerum eſt, ut dicit, ſi gaudet de morte perſonæ: ſecus
ſi gaudeat, quòd maleficium eſt punitum. 23. q. 5. reos. licet do-
leat de morte perſonæ, & compatiatur figuræ Dei, & triſtetur:
quia commiſit, unde taliter eſt punita argu. extr. de homi. c. 2 C.
[illegible]enis. ſi quis in metallum. ext. de ſent. excom. ut famæ. In du-
[illegible]tem relinquitur quis conſcientiæ ſuæ, quam intentionem
[illegible], extr. de homicid. exhibita. & c. petitio. extr. de iureiuran.
[illegible]i. 33. diſtinct. habuiſſe. extr. de ætat. & qual. ad aures. Ergo
[illegible]citer credo, ſolam ratihabitionem, ſiue placentiam, vt ita
[illegible]n, non inducere irregularitatem, [d]ubi nullus conſenſus, uel
[illegible]atio, uel exhortatio præceſſit, nec eius nomine factum
eſt. arg. ff. man. ſi uero. § ſi poſt. Peccatum enim, quod ſola uolun
tate committitur, ſola uoluntate contraria aboletur. arg. ext. de
ſimo. c. fi. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. extr. eo. c. 1. Item dico,
quod irregularitas ratione homicidij non contrahitur ſola uo-
luntate, niſi homo actu occidatur. ar. ext. de homi. ſicut dignum.
§. 1. ubi de hoc in glo. ex corde, & c. 11. q. 1. ſi quis uero. Sed nec
fit aliquis irregularis propter ſolum homicidium: niſi culpa, uel
uoluntas præceſſerit: uel alias inde ſequatur ſcandalum: ut pro-
batur & not. 50. diſtin. hi qui. primo. extr. de homic. ex literis, de
52 cle. ægro. ca. tua. † ¶ Quid ſi quis in rixa mortuus eſt, neſcitur ta-
man quis illum interfecerit: nunquid omnes ſunt irregulares, &
ab ordinibus repellendi? Videtur quòd ſic, quia omnes cenſen-
tur homicidæ, ſaltem quo ad promotionem, propter incertitu-
dinem. ut 23. quæſt. ult. c fin. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſed ſi plu-
res. & hoc dixit Io. Sed Gul. Na. dixit neminem in dubio repel-
lendum: arg. ext. de homicid. petitio. & c. ſignificaſti. Dominus
meus dicit quod eſt ſuæ conſcientiæ relinquendus. Quod proſe-
quere ſecundum eum in Sum. eo. tit. §. qua pœna uertic ſed nun-
e quid omnes[e]. † ¶ Quid ſi amici mei interficiunt aliquem mihi
53 inriantem me inuito, & contra meam prohibitionem? Reſpon.
mihi non nocet: ut e. tit Pettus & 1. q. 4. quia præſulatus. Idem eſt
ſi me ignorante, ut extr. de ſimo. nobis. c. ſicut. nobis. & c. de re-
gularibus. Sed ſi uoluntas turbata ſit: puta, quia nec conſenſi ex-
preſſe, nec contradixi, mihi imputatur arg. extr. de ſimo. Mat-
thæus. Imò etiam dicunt quidam, quòd ſi ſciens tractatum de
morte habitum, non reuelaui, ſum irregularis: quia homicidium
commiſi facto mandato, conſilio, vel defenſione. 50. diſtinct. c.
f ſi quis uiduam. & in præ. Decre. Petrus[f]. Alij dicunt contra, ſi cre-
didi. quod non obſtante mea prohibitione, mei intuitu interfice-
54 retur. † ¶ Quid ſi aliquis uadit ad interficiendum aliquem, & tu
eum ſcienter aſſocias, non tamen eum incitas ad homicidium
perpetrandũ: nec cũ eo ſuper hoc aliqua verba habuiſti, uel ſi ha-
buiſti ſem p̃ ex animo ei hoc diſſuaſiſti: ſed cũ tibi nollet acquie-
ſcere, timens de ipſo, eũ aſſocias, eo propoſito, ut ſi forte quis eũ
inſequeretur, eum defendas: & ſic homicidium perpetrat: nun-
quid es irregularis? Reſp. ſic, ſecundum dominum meum. vt eo.
g tit. ſicut dignum. §. illi. & § fin. [g]Item clericus pugnantibus arma
miniſtrans, irregularis eſt, ſi aliquis interficiatur ibi: arg. 23. quæſt.
ulti. capit. fin. Nomine autem armorum fuſtes & lapides intelli-
guntur. ff. de uerb. ſignifi. armorum. contra. infra. uer. quid ſi cle-
55 ricus. † ¶ Sed nunquid clerici poſſunt inducere milites ad pu-
gnandum pro defenſione eccleſiæ, uel Reipub. uel fidei: & nun-
quid imputatur eis, ſi tunc in conflictu aliquis moriatur: & nun-
quid incurrunt irregularitatem propter hoc. ſi ipſi ſint præſen-
tes? De hoc not. 23. quæſtio. 3. Maximianus. & ſecundum papam
extra, de reſtit. ſpol. olim cauſam. & in Sum. domini mei. in præ.
§. qua pœna. ver. illud not. & ſeq. Et breuiter teneas, quòd eccle-
ſiaſticus iudex poteſt hortari brachium ſeculare cõtra violentos,
uel hæreticos, uel paganos, non ut occidat uel mutilet, ſed ut de
terris fidelium expellantur: nec eſt irregularis, licet aliqui ſint
hincinde occiſi. 23. quæſtio 5. de occidendis, & in præall. capitul.
Maximianus, Papa not. ext. de hom. petitio. quod licet aliquis in
bello

## ADDITIONES.

c Forte. ¶ Tu dic ſine forte talem poteſtationem neceſſariam, per decre. ſe-
cundam, de hom. lib. 6. & vide quod ibi ſcripſi ſuper ver. querelam, & hunc
ver. plene poſuit Hoſt. in Sum. de ho. §. qua pœna. ver. verum circa. ¶ Ad-
de, quod opi. Io. An. ſequitur Ab. in c. poſtulaſti. hic alle.

b Fugere. ¶ Notanter hoc dicit: quia ſi penitus eſſet ignarus, nullum ſibi eſt
irregularitatis periculum. In terminis pone artifex, ſutor, vel cerdo ſedens
foris in via reſpondet de negatiua, certus quòd ille quæſitus per illam viam
non fugit: huic nil attribui poteſt ad culpam. ¶ Adde, quod quis tenetur
furem indicare de iure canonico. Caſus eſt, in c. qui cum fure. ext. de fur. &
ibi glo. ſed de iure ciuili non: text. eſt in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. & q d
de rebelli, dic quòd tenetur quis indicare: & ſi non indicat, punitur pœna
relegationis. text. eſt in l. Metrodorum. ff. de pœ. quem text. ad hoc dicit el-
ſe ſingularem. Ludo. Ro. ſin. 785. inci. nunquid teneatur. Hen. Fer.

c Do. meus. ¶ In Sum. de hom. §. qua pœna. ver. quid ergo ſi placet.

d Irregularitatem. ¶ Sicut nec iuducit excommunicationem. de ſent. excom.
cum quis. 2. reſpon. lib. 6.

e Omnes. ¶ Mouebat eum extrauagans: quæ attribuebatur Gre. quæ inci-
pit, nullum. & vide j. de hom. ver. pone quatuor homines hic omnino vide
quod ſcripſi de hom. ſignificaſti. 2. in glo. arg. ad quæſtionem. ¶ Adde, de occiſo
à pluribus, & neſcitur quis ſit, qualiter teneatur. Petr. de Ancha. conſi. 217.
Bald. conſi. 448. lib. 3. & per eundem conſi. 211. 4. lib. Et quid de aſſociante
ad homicidium, non tamen. aſsiſtente, vide eundem Bald. conſi. 436. 1. lib.
quod facit ad ver. ſeq. ſi aliquis vadit.

f Petrus. ¶ Vide quod ibi dixi ſuper 4. glo. ¶ Adde, quod ibi diſtinguit, vt re-
fert Abb. aut doloſè iacuit. aut non. primo caſu ſibi imputetur: ſecundo
non. arg. c. quando c. extr. de ſent. exc. quod placet Abbati: ſeu ipſe conſulit.
vt reuelet propter opi. ſuas.

g Et §. ſi ¶ Ad hanc materiam & ſequentem, vide quod ibi ſcripſi in §. eos. in
magna. glo. & eo. tit. petitio. in glo. no. quòd.

bello iuſto aliquos percuſſerit, ſi tamen nullus inde mortuus ſit,
non fit ex hoc irregularis, vt ibi probatur. licet enim ibi de per-
cuſſione quæſitum fuerit, non tamen reſpondet de hoc, ſed de
interfectione. In bello autem iniuſto quodcunque auxilium, vel
conſilium dederit in mortem alterius, vel ſi culpabilis, vel negli-
gens fuerit: & ex hoc eſt mors ſecuta, irregularis fit. 50. diſtinct.
quantum & c. ſæpe. & c. ſi duo. Vnde videtur quod euntes ad bel
lum iniuſtum, ſiue præſtent ſuis fauorem: puta, quia lædunt ſe-
curius inimicos: ſiue terrorem incutiant aduerſariis, ſcilicet. ꝙ
fugiant, vel timeant ſe defendere: vel quòd amici eorum ſtupe-
facti eos deſerant: ſi exinde ſequatur mors, irregulares ſunt. Si
vero quis accedit ad iniuſtum bellum cauſa pacificandi, uel ex
alia iuſta cauſa, licet ex eius præſentia aliquod robur accreſcat
ſuis, vel timor incutiatur aduerſarijs: non eſt ei imputandum:
dummodo dolus, & etiam lata negligentia abſit omnino. arg. à
contrario ſenſu, in præ. capitul. quantum. & extra, de homic.
presbyterum. & 23. quæſtio. 5. de occidendis. extra. de tornea.
56 capitul. 2. † ¶ Poteſt etiam dici, quòd clericus, qui cum armis, vel
etiam ſine armis intereſt bello iuſto, vel iniuſto, in quo aliqui in-
a terfecti ſunt hinc inde; irregularis eſt, licet ipſe non occiderit[a].
51. diſtinct. ſi quis poſt. 27. quæſtio. 3. patro. 23. quæſtio. vl. qui-
cunque ex clero. 1. quæſtio. 1. capitul. fin. Sed ſi ad religionem
tranſiuerit, poteſt ſecundum quoſdam ex diſpenſatione epiſco-
pi in ſubdiaconum promoueri: ſecurius poteſt tamen hoc fieri
per ſolum papam. Clericus quoque proiiciens lapides in confli-
ctu etiam ex parte illorum, qui violentiam repellunt, irregula-
ris eſt ſi ab alijs ſint hincinde aliqui occiſi, licet ipſe nullum per-
cuſſerit: & debet à miſſarum celebratione biennio abſtinere. ext.
de cler. percu. capitul. fin. & capitulo pen. vbi de hoc. argu. extr.
de cleri. pugnant. in du. capitul. 1. & 2. Quidam tamen hoc intel-
ligunt, quando clericus eſt in culpa mouendo enormiter arma
in conflictu voluntate, & ſine neceſſitate: quia ſi in neceſſitate de-
fenderet ſe, vel ſuos, licet tunc aliquis ex defendentibus eſſet in-
terfectus ex alia parte, reliqui, qui nō interfeciſſent, nec interfe-
ctores adiuuiſſent: non fierent irregulares, licet voluntatem oc-
cidendi habuiſſent: quia lex promotionis factum requirit. 15.
quæſtio. 1 ſi quis non iratus. & vide ſupra. verſiculo, ſed quid de
iudice. Nec obſtat præ. capitul. ſi quis poſt. quia illud intelligitur
de milite, qui bellis ſæpe interfuit, vel de officiali Item notatur
extr. de cle. percuſ. præſentium. vbi fuit ad tempus ſuſpenſus: quia
57 hoc ibi fuit propter ambiguum duplicitatis. † ¶ Clericus ergo
non debet præponi bellis, nec retiariis, nec baliſtariis, nec huiuſ-
modi viris ſanguinum: vt extr. ne cle. vel mon. ſententiam. ta-
men iuſto bello, quod non ad occidendum, ſed ad defenden-
dum, ſeu recuperandum ſua geritur, præponi poteſt: vt ſupra. &
b not. ſecundum papam in præ. capitulo [b]. olim cauſam. non vt
præſit directè prædictis viris ſanguinum: ſed vt reſpondeat mi-
litibus & ſumptus miniſtret, tractatus teneat, ſententias profe-
rat, & negotia cuncta diſponat, prout nos huiuſmodi officium
geſſimus in guerra, quam eccleſia Romana contra ciuitates ſibi
rebelles in prouincia Romandiolæ geſſit. Poteſt etiam clericus
c intereſſe bello iuſto[c]. vt 23 queſtione tertia, Maximianus. & que-
ſtione 8. hortatu. non iniuſto. extra, de homicid. ſicut dignum. ff.
ad legem Aquil. item Mela. §. item. & hortari & dicere, Viriliter
pugnare, & capite: non dico occidite. & hoc priuſquam venia-
tur ad actus, ſeu percuſſiones. Nec obſtat extr. de homicid. capi-
tulo penult. quia ibi aliquos percuſſerat: bello autem iam com-
miſſo incitans aliquem ad percutiendum aliquem alium: ſi ſic
percuſſus obierit, irregularis eſt: maxime ſi bellum ſit iniuſtum:
vt extr. de pœnis, quod in dubiis. Idem eſt, ſi generaliter ſeu com-
muniter ſuper bellatores clamauerit, dicens, Viriliter pugnate:
vel, date illis, vel ſimilia. argu. tamen contra, extr. de homici. cap.
penult. Vel dic, quod in defendendo poteſt clericus licite na-
uem gubernare ad alios ad pugnam defenſionis incitare, & in
tantum hoſtes confringere, quod eos dimittant. argum. 23. quę-
ſtio. 1. cum apud. & extr. de cler percuſ. capitul. penult. & ſi. ſecus
58 ſi ſit bellum iniuſtum. † ¶ Quid ſi clericus in bello iuſto miniſtrat
baliſtas, ſeu ſagittas baliſtario ad ſui defenſionem: & ille poſtea
aliquem interfecit? Reſpondeo, ſi non intendit, quod baliſta-
rius aliquem interficiat ſeu interficere velit, ſed quod illos ter-
reat, vel ſe, vel ſua defendat, vel recuperet, non eſt irregularis: li-
cet ille aliquem ociderit, pro eo quia voluit alienum dimittere,
uel ab impugnando deſiſtere: licet ſit contra. ſupra. uerſicul. item
clericus quod proſequere ſecundum papam: prout not. in præ.
d capitul. ſententiam [d]. Eodem quoque modo dicimus, non eſſe
irregularem illum, qui in bello iuſto præpoſitus eſt exercitui, vt
ſumptus faciat. & cuncta diſponat: ſi forte præcipiat lances vel
ſagittas emi & miniſtrari, uel ad exercitium, ſeu ad cuſtodiam
caſtri mitti, uel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes, vt eis præ-
da hominum vel animalium auferatur: & tunc forte aliquis in-
terficiatur, dummodo intenderit ſolum ad recuperationem
prædæ, non ad [illegible] tali; enim cauſa remota non nocet,
59 argu in præalleg. capitul. de occidendis. † ¶ Sacerdos quoque
in duello pugnans irregularis eſt: ſed ſi mors uel membri muti-
latio inde non fuerit ſubſequuta, eius epiſcopus poterit cum eo
diſpenſare, impoſita ſibi pœnitentia pro peccato. ext. de corp.
e vit cap. 1. & 2.[e] Item qui homini vel mulieri facit aliquid ne con-
cipere, uel generare, uel poſt conceptum parere poſſit: & qui prę-
gnantem mulierem pecutit, ita quod ob hoc abortiuum faciat,
mortaliter peccat: & ſi partus iam viuificatus erat irregularis eſt:
alias non: & cum talibus ſolus papa diſpenſat: vt legitur & not.
f ext. de homicidiis. ſi aliquis [f]. 2. quæſtio. 5. conſuluiſti. in fi. Sed ſi
probabiliter dubitat, uel credit an ſit mortuus, vel abortiuus fa-
ctus ex illa percuſſione, uel vtrum conceptus fuerit animatus,
vel non: in tali dubio debet à promotione & à miniſterio ab-
ſtinere: ne periculoſe committat. Si uero leuem, aut temerariam
habet opinionem, deponat eam, ſi poteſt: & ſic poterit promo-
ueri & adminiſtrare: alias non. argu. ext. de ſent. excom. inquiſi-
60 tioni. & de ſimo per tuas. 2. † ¶ Quid ſi aliquis mori timens vult
aufugere, ſed alius promittit ei pacem & ſecuritatem, & ei con-
ſuluit, quod non vadat: & ſic ille propter talem promiſſionem
ſtetit: & interfectus eſt in loco, vbi mori timebat, & ubi temerè
fuit ei ſecuritas promiſſa? Reſpon. irregularis eſt, ſecūdum quoſ-
dam: ſecus autem ſi promittens habebat probabilem ſecurita-
tem, poſſe firmiter quod promiſit implere: puta quia habebat
in eos: qui interficere quærebant illum, patriam uel dominicam
poteſtatem: uel ita erant amicitia ſibi, conſanguinitate uel affini-
tate coniuncti, quòd poſſet eos à tali propoſito remouere. Si au-
tem non habuit probabilem credulitatem, ſed fuit in culpa te-
merariæ pręſumptionis: & præſertim ſi lata fuit culpa, uel negli-
gentia, quæ prope dolum eſt, tunc fit irregularis. Eſt etiam irre-
gularis beneficiatus uel feudatarius eccleſiæ, ſi perſonam illius
eccleſiæ interficiat: nec filij eius uſque in quartam generatio-
nem debent in clericos promoueri. extra, de pœn. in quibuſdam.
61 † ¶ Quando autem, & per quem poſſit circa irregularitatem ho-
micidij diſpenſari, uideamus. Super quo nota, quod cum aliqui-
bus ex prædictis irregularibus ſolus papa diſpenſat, & cum ali-
quibus etiam epiſcopus: vt ext. de homic. continebatur. & capi-
tulo, ad audientiam. Si igitur aliquis occidendi animo aliquem
vulnerauit, licet vulneratus non fuerit mortuus, tamen percu-
tiens irregularis eſt: & epiſcopus poteſt diſpenſare cum illo: ſic
etiam in dictatore vindictæ ſanguinis, quia eſt irregularis: ut ſ.
ver. item percuſſor: & ſeq. & tamen ſi non peruenitur ad mem-
bri mutilationem, quamuis ſanguis effuſus ſit, poteſt epiſcopus
diſpenſare cum eodem vt eod. d. capitul petitio, & de cle pug. in
du capitul. 1. & extr. ne cler. vel mo. ſententiam. Si vero peruen
tum fuerit ad menbri truncationem abſque homicidio, papa ſo-
lus cum illo diſpenſat: vt ext. de cor. uit capitul. 1. & de cler. ægro.
uel debili. presbyterum. & in præ. uerſicul. item percuſſor. Cum
homicida autem actu uoluntario non licet, etiam domino Papæ
62 diſpenſare: ut infra. §. nunc breuiter uerſicul. 5. † ¶ Circa homici-
dium neceſſitatis euitabilis dicendum eſt. quod talis ad ſuperio-
res ordines non aſcendet. ſed in ſuſceptis non facilè diſpenſatur:
ſed ſi neceſſitas fuit in euitabilis, datur conſilium, quod non mi-
g niſtret. 50. diſtinct de his cleric. 1. & 2.[g] Non tamen propter hoc
deponitur, imò in ſuo ordine adminiſtrans toleratur de iure
communi abſque diſpenſatione, ſecundum Laur. 50. diſtinctio.
quia tua. & ſic loquitur, extr eod. capitul. 2. Quod proſequere
ſecundum dominum meum in præalleg. §. qua pœna. ver. ſi ne-
ceſſitas. & ſequen. Alij dicunt, epiſcopum diſpenſare poſſet cum
presbytero homicida in caſu ineuitabili extr. de cler. percuſ præ
h ſentium. Ioan. de Deo. dixit [h] in hoc ſolum papam diſpenſare
i poſſe[i]: cùm caſuali autem diſpenſatur. ſupra. ver. facto quoque.
¶ Fit

## ADDITIONES.

a Non occiderit. ¶ Adde quòd contrarium tenet expreſſe Abbas in capitul. petitio extr. de hom. vbi dicit eſſe text. quod licet clericus in bello iuſto pcutiat, & ab aliis interficiatur, quòd non efficitur irregularis. Et ita dicit tenere Inno. reſpondendo ad cap. ſicut dignum. quòd loquitur in alijs caſibus, præterquam vbi bellum ſit iuſtum.

b In præ. ca. ¶ Scilicet allegato. ſ. ver. 2.

c Iuſto. ¶ Dedi plenam remiſsionem de bello iuſto & iniuſto, de iureiur. ſicut. 3. ſuper 2. glo. Et de hoc, & an clericis ſit licitum bellare. vide per Tho. 2. 2. q. 60. art. 1. & 2. ¶ Adde quando bellum ſit licitum Oldr. conſil. 70. & quando liceat clericis arma capere, aliquid per Petr. de Anch. conſil. 157.

d Sententiam. ¶ Vt ibi ſcripſi in glo. dicunt.

e Et 2. ¶ Secundum non facit: ſed puto quod debet dicer. capitu l. 1. & de cle. pu. in du. cap. 1. & 2.

f Aliquis. ¶ & c. ſicut ex literarum

g 1. & 2. ¶ Et vtrobique de hoc in primis gloſſ. & plene de homicidio, ſicut dignum, in gloſſ. pen.

h Dixit. ¶ In libello ſuo, vbi de diſpenſatione epiſcoporum in vlt. col. ¶ Adde quod Fed. de Senis conſi. 168. refert Vinc. & Arch. 51. diſt. de his vero tene, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida occulto.

i Poſſe. ¶ Vide quod ſ. dixi verſi. defenſione quoque.

a ¶Fit autẽ circa homicidium caſuale[a] triplex diſpenſatio, ſcilicet
magna, ut videlicet promotus ad ordines ſacros non in eis, ſed
in minoribus, toleretur: ut eodem titulo, cap. continebatur. & ca.
ad audientiam. Maior, ſcilicet ut in ſacris toleretur. eod. tit. tua
nos. reſpon j. 50. diſtinctio. clerico. Maxima, vt ſcilicet promo-
b ueatur. eod. tit lator. ſecundum Gof.[b] ¶Quid ſi infans commit-
63 tit homicidium? de hoc in præ. verſic. 5. † ¶Curia Romana non
diſpenſat cum clerico in homicidio voluntario: nec de facili in
caſuali, vel etiam in dubio. ¶Vtrum ingreſſu religionis irregu-
64 laritas tollatur, not extra, de apoſt. capitul. 2. ¶Vltimo nota, † ꝙ
homicidium ante baptiſmum ſiue ex officio, ſiue ex voluntate
commiſſum, non facit aliquem irregularem, vt quidam dicunt.
26. diſtinctio. de inde. vbi de hoc. 50. diſtinctio. aliquantos. Alij
contra dicentes, quod homicidæ repelluntur propter errorem
c facti, non propter irregularitatem[c]. Sed primi dicunt, quod irre-
gularitas homicidij non eſt ex defectu ſacramenti. & ideo tolli-
tur per baptiſmum, ſi præceſſit: vt in præal concord. & 5 .diſt.
ſi quis poſt. de hoc not. ſecundum papam extr. de diuor. gaude-
d mus in fin.[d] Multæ autem aliæ irregularitates ſunt ſcriptæ in iu-
re, quas plenè poteris reperire in noſtro aureo Repertorio, ſub
tit. de temp. ord. in Rub. illa, hæ ſunt irregularitates, quæ impe-
diunt promotum: & alia Rub. ibi ſe. & ſub tit de pœnis, in ru. ca-
ſus totius iuris, in quibus promoti deiiciuntur, & deponuntur:
ſed de his hic ſufficiat exempli gratia tetigiſſe.

## ADDITIONES.

a Caſuale. ¶ Quod culpa præceſſit.

b Secundum Gof. ¶ In Sum. de homic. in fine.

c Irregularitatem. ¶ In quæſtione quam ſtatim allegabo, dicitur quòd factum extra eccleſiam ante baptiſmum, non eſt error vel ſcandalum. quando ergo fit poſt baptiſmum, tunc ſubeſt cauſa etiam in officiali occidente. Item crimen præſumptum: quia rarum eſt quod non moueatur ira vel odio. Tertia, quia ſalario conſtituto ſolent hoc facere, non cauſa pietatis: tamen vt ibi dicitur in veteri Teſtamento, homicida non erat irregularis de quo s. eod. §. 2. col.

d In fine. ¶ Et ibi ſcripſi poſt eum & Hoſtien. ſuper vlt. gloſſ. in fin. Fuit autem hæc quæſtio venerealis. 13. vbi Bartol. dicit Hugo. & Tanc. ita dixiſſe, eum, qui prius iuſtè occidit, promoueri, quaſi irregularitas illa ſit ſequela peccati: cum apud infideles non ſit iuſtitia, 24. q. 1. vbi ſana. Secundum hoc ceſſaret ratio Innocent. in decret. gaudemus. diſtinguentis cum Bazi. homicidium ex officio, vbi non eſt peccatum, ergo nec ſequela peccati à voluntario. Ipſe tamen contrarium dixit de homic. presbyterum. non diſtinguẽs inter illa duo: vt ibi ſcripſi. Et hoc placet Gof. quòd etiam iuſtè occidens ante baptiſmum promoueri poſſit, in ſum. de homi. ver. aliquando. Vide plene per Hoſtien. in Summ. ipſius titul. §. qua pœna. ver. lingua. Adde, ꝙ abbas in d. cap. gaudemus. refert Io. Cal. & An. & Hugo. tenere. quòd indiſtinctè omnis irregularitas contracta ex homicidio tollitur. & illos ipſe ſequitur aliquibus rationibus. de quibus ibi per eum.

## De diſpenſatione epiſcoporum.

### SVMMARIVM.


1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ordinato extra tempora ſtatuta.*

2 *Diſpenſat epiſcopus cum pugnante in duello, dum tamen inde mors, vel membri mutilatio non ſequatur.*

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in beneficio cum non ordinato miniſtrante, & vt poſt ſtatutum terminum in ordine ſuſcepto miniſtret.*

4 *Diſpenſatio epiſcopi valet in omni foro pœnitentiali, & in pœnitentijs imponendis.*

5 *Capiens vel capi faciens cardinalem eccleſiæ Rom. ſacrilegus eſt.*

6 *Conſentire poteſt epiſcopus diſpenſatiue, vt monachus vnius religionis p̃ſideat monaſterio alterius religionis.*

7 *Legatus aut archiepiſcopus, an poterit cum poſtulato ad episcopatum diſpensare in etate.*

8 *Monachus exiſtens in minoribus ordinibus p̃t diſpenſatiue fieri abbas. Abbates olim erant laici.*

9 *Prælatus de iure debet in propria perſona ſeruire in beneficio, poteſt tamen epiſcopus diſpensare, vt faciat perpetuum vicarium.*

10 *Character ſemper remanet in clerico etiam depoſito, & debet epiſcopus cum eo diſpensare, ne curiæ ſeculari tradatur.*

11 *Res eccleſiæ diſpensatiue vendi debent tempore famis pro alimentis pauperum, & redemptione captiuorum.*

*Diſpenſat epiſcopus, vt abbas conferat inueſtituram in eccleſiis per eum ſibi collatis.*

*Monachi poſſunt habere cellulas intra clauſtrum cum diſpenſatione epiſcopi.*

*Epiſcopus poteſt diſpenſatiue deferre friuolæ appellationi propter ſcandalum uitandum.*

*Diſpensat epiſcopus, vt clerici peregrini in ſua diœceſi recipiantur, & ſine literis commendatitijs celebrent.*

16 *Epiſcopus poteſt ratificare diſpensatiue facta ſui prædeceſſoris, licet ſint inualida, ſine conſenſu capituli.*

*Diſpensat etiam abbreuiando pœnitentiam.*

17 *Diſpensare poteſt epiſcopus cum inceſtuoſo per errorem ſororem vxoris ſuæ cognoſcente, & etiam cum inceſtuoſo ſimpliciter.*

18 *Epiſcopus poteſt vnum votum in melius diſpensatiue commutare.*

19 *Diſpenſat epiſcopus, vt clericus ſcholaris, vel peregre proficiſcens locet ad tempus redditus beneficij ſui.*

20 *Parochias vnire & diuidere poteſt epiſcopus de conſenſu eorum quorum intereſt.*

21 *Pœnitentia à papa impoſita poteſt diſpenſatiue minui per epiſcopum.*

22 *Poteſtas epiſcoporum generaliter magna narratur in multis.*

23 *Epiſcopi in quibus ſunt priuilegiati.*

24 *Minor non poteſt ſuperioris legem ſoluere, ſed ſecundum eam iudicare tenetur.*

25 *Epiſcopo non licet regulariter diſpenſare in his, quæ pertinent ad generalem eccleſiæ ſtatum.*

26 *Caſus in quibus epiſcopus prohibetur diſpenſare.*

27 *Diſpenſare nemo poteſt contra papæ ſententiam, vel eam reuocare, aut relaxare.*

28 *Conſuetudo facit diſpenſationem valere, quæ alias non valeret.*

*Epiſcopus quare potius diſpenſat contra canones irregularitatem inducentes, quam contra alios.*

29 *Clericus accuſatus probato crimine contra ipſum, antæ ſententiæ prolationem probat ſe de illo crimine pęnitentiam egiſſe, an epiſcopus accuſatore inuito ſecum poterit diſpenſare.*

*Accuſatore deficiente in probatione, an poterit cum illo epiſcopus diſpenſare.*

30 *Epiſcopus vt legatus de latere cum excommunicato vel interdicto celebrante diſpenſare poteſt, vbi monitus velit abſtinere.*

*cum Illegitimis vtrum valeat epiſcopus diſpenſare.*

31 *Illegitimus religionem ingrediens, de iure communi ſine diſpenſatione aliqua poteſt ad ordines promoueri.*

32 *Diſpenſatio non negatur, vbi ius commune ſtatuitur.*

33 *Curia Romana tenet, neminem præter papam poſſe diſpenſare cum illegitimo ſeculari, quoad curam & ordinem sacrum.*

34 *Illegitimus prohibetur ſuccedere patri ſuo, immediate in beneficio paterno, niſi cum diſpensatione.*


5 §. Nunc de epiſcoporum diſpenſatione ſubiiciamus,
ad cuius materiæ euidentiam clariorem pri-
mo enumerabimus caſus in iure ſcriptos, in quibus eis à iure per
a mittitur diſpenſare, & ius commune relaxare:[a] conſequenter ve
rò illos, in quibus diſpenſare prohibentur. Vltimò quid iuris ſit
1 de hac materia, ſupponemus. † ¶Poteſt ergo primò diſpenſare
epiſcopus cum ordinato extra ſtatuta tempora: vt quidam dicũt
quod dic vt s. ti. j §. nũc oſtendẽdum. ver. 52. Secundò diſpenſat,
quod quis habeat duas eccleſias intitulatas. 70. diſt. ſanctorum ſe
cundum papam. Tu dic vt j. §. videndum. verſi. duplex. & ſeq.
¶Tertiò, diſpenſat cum ordinato ab altero epiſcopo in conſul-
to proprio vel contempto: vt extr. de offic. archi. ſignificaſti. 71.
diſt. c. 1. 2. & 3. & 9 q. 2. Lug. ¶Quartò, cum eo, qui ignoranter re
cepit ordinem ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopali dignitati,
vt extr. de ord. ab epiſcopo, qui u renun. epi. ca. 1. ¶Quintò, cum
ordinato ignoranter ab excommunicato: vt e. tit. cap. 2. & 9. q. 1.
b c. 2. ar. tamen contra, ea. q. 1. c. 1.[b] ¶Sexto, ut duo ad vnam præ-
bendam eligantur: quod dic ut no. ext. de præb. tuę. ¶Septimo,
cum clerico propter crimen uſuræ per epiſcopum ab officio be-
neficioq; ſuſpenſo, ut no. ext. de uſur. præterea. ¶Octauo, cum
adultero & minorib. criminib. adulterio irretito poſt pœniten-
tiam: ut 33. di. fraternitatis. ext. de iud. at ſi clerici. §. de adulteriis.
2 ext. de tẽ. ord. c. fi. † ¶Nono cum pugnãte in duello. ext. de corp.
uiti. c. 1. & ext. de cler. pu. in du. c. 1. dum tñ inde mors vel mem-
bri mutilatio non contingat, quia tunc non p̃t. 23 q. 8. his à qui-
bus. Sed & tunc poteſt in beneficio diſpenſare: vt e. tit. c. 2 & 50.
diſt. ſtudeat ad fi. ¶X. In multum enormi & notorio crimine: ut
probatur, & no ſecundum papam, ext. de cor. viti. c. 1. & ar. extr.
de apoſta. c. 2. & ẽt in capitalibus criminib. occultis 50. diſt. de his
vero, de hoc extr. de tem. or. ex tenore. & j. §. qualiter. ver. hoc
quoque. ¶Xi. Cum ſacerdote ſimul plures concubinas habente.
ext. de bigam. quia. 34 diſ. fraternitatis. Xij. Cum alienigena inſti-
tuto in eccleſia per eum, qui inſtituere non potuit. extr. de cle.
perc. c. fi. ¶Xiij. Cum presbytero de facto matrimonium cum
virgine contrahente, quoad executionem officij ſui: vt extr. de
cler.

## ADDITIONES.

a Relaxare. ¶ Io. de Deo, primo poſuit caſus, qui habentur in Decretis: ſecundo eos qui habentur in decretalib.

b c. 1. ¶ Dic vt vtrobique no. [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cler.coniu.ſane 2.Similiter & cum diacono.ext.qui cleri.vel vo.
c.2.dum tamen non contrahant bis.28.diſtinctio. presbyterum.
vel etiam cum corrupta,vt extr.de big.capitul.2.pe & fi. ¶Xiij.
Cum diacono,qui vulnerauit alium diaconum, & matrimoniũ
de facto contraxit ſecundum papam : vt ext. qui clerici vel vo.
capitul. 1. Sed Ber. illud intelligit factum auctoritate mandati
a Apoſtolici:ut ext de ſent.ex. cum illorum. [a] ¶Xv.Cum mona-
cho,& cum canonico regulari, ut poſſit in ſeculari eccleſia mi-
niſtrare:ut 16 quæſtio 1 doctos & c.ex auctoritate 1 quæſtio 7.
§ niſi & quòd regularis ſit ibi ſolus:ut ext.de ſta.mo. quod Dei.
b Quidam tñ dicunt eſſe ius cõmune, quod ibi dr:ſed Io de Deo[b]
ꝯ 16.q.7.in noua.20 q. 3 præſens. ad fi ſed non cum monacho,
c ut ſit ſolus:ut j.§.ſunt quoq;.ver.10 [c]¶Xvj.Cum eo, qui excõ-
municatus recipit beneficium:ut ext.de cler.ex.mi.c.poſtulaſtis.
d in prin.ſecundum papam[d]. Sed Io.de Deo dicit [e], in hoc ſolum
e papam diſpenſare poſſe, quod non eſt verum: niſi forte fuiſſet
auctoritate Apo.propter eius contemptum excommunicatus:
ut ext. de æta. & qua cum bonæ.ut not. B. epiſcopum non poſſe
diſpẽnſare cum eo,qui ſuſpenſus recipit beneficiũ.¶Xvij. Cum
clerico per ſaltum promoto:ut 52 diſt c.1.ext.de cle.per ſaltum
3 promo.c.1.† ¶ Xviij.Cum non ordinato miniſtrante poteſt diſ-
penſare in beneficio, & ut poſt biennium vel triennium in ordi-
ne ſuſcepto miniſtret, ſed non vt ad ſuperiorem aſcendat:ut le-
gitur & no.ext.de cler. non or. mi c. 2. Breuiter tamen teneas:ꝙ
is, qui nullum habet ordinem, diuinum officium exercens,irre-
gularis eſt, & etiam is, qui habet aliquem ordinem, ſi officium
ſuperioris ordinis exercet:& cum tali ſolus papa diſpenſat,ut in
ordine, quem habet de miſericordia,toleretur,& ad ſuperiores
aſcendat 11.q.3.priuilegium.25.q.2.ſic decet. Quidam tamen di
cunt,epiſcopũ poſſe in hoc diſpenſare, ſicut & in diacono miſ-
ſam celebrante,cum quo poteſt diſpenſare, in beneficio poſt pe
ractam pœnitentiam, & etiam poſt biennium uel triennium,ut
diaconatus officium exerceat. Ad ſacerdotium vero non poteſt
is promoueri, niſi ex diſpenſatione papæ: ut legitur & no.extr.
f de cle.non or.mi.c. 1 & 2. [f] Alij tamen dicunt epiſcopum poſſe
etiam quoad ſacerdotium diſpenſare.ar.ext. de iudi.at ſi clerici.
¶Xix.Cum clerico furtiue,& poſt inhibitionem ordinem ſuſci-
piente:vt ext.de eo qui fur.or.ſuſ ca.1.& fi.prout, ibi not.¶Xx.
Quod religioſus ad minorem tranſeat religionem. ext.de reg.&
g tranſ.ad reli.ſignificatũ.& de temp.ord.ex parte[g] ¶Xxj.In com-
mutatione præbendarum & perſonatuum,ext.de rerum permu.
h quæſitum[h]. & c.cum vniuerſorum. De iure enim communi de-
bet vnuſquiſq; manere in ea vocatione, in qua vocatus eſt: ut
21.q.1.c.1.& C.li.12 de palatinis ſacrarum lar.l.quidam. ¶Xxij.
Cum eo, qui bigamum ordinauit :ut ext.de biga.c.2.& idem iu-
i ris eſt,ſi alios irregulares promouit ſecundum papam[i]. ¶Xxiij.
Cum falſario, ſcilicet.ut uel eum in carcere teneat, uel eum ad
papam remittat: ut 19.diſt.in memoriam. ¶Xxiiij. In diſpenſa-
tione eccleſiaſticorum ordinum : quia ipſe præordinator eſt in
cunctis:ut 2. diſt clericos.23.diſt.tales 25 di.c.1. ¶Xxv. Vt cle-
ricus coniugatus habeat ſimplex beneficium 28. diſtin. de his.&
k ead.diſt.decernimus[k].¶Xxvj. Vt clericus concubinarius poſt pe
ractam pœnitentiam promoueatur.34. diſt.fraternitatis. niſi fue-
rit per ſententiam damnatus vel infamis: vt ext.de tem.or.que-
ſitum.s.§ iuxta ver.in ſuſpenſis autem. ¶Xxvij.Cum idiota iam
promoto,vt remaneat in illo ſtatu, & non deponatur ſed docea-
tur.10.q.1 placuit.38. diſt.nullus & c.ſedulo.non tamen vt pro-
moueatur. 50.diſt.non confidat s.§.iuxta verſi.contrahitur.arg.
l contra, ext.de ren.poſt. tranſlationem[l]. ¶Xxviij.In omni foro
4 pœnitentiali:& in † pœnitentijs imponendis. 55 diſt.licet.& ferè
ꝑ totum. 26.q.7.tempora.& c.alligant.ratione tamen duce,alias
non:de pœn.diſt.5 falſas. 23.q.4.ſi is, qui Et mitigare poteſt cano
nes pœnitentiales.de pœ diſt.1.pœnæ.& c.verbum Dei & c.me-
dicina. & c.menſuram. & c. iudices. & pondera pœnitentiæ, de
conſec.diſt.3 de pœnitentib.ext. de pœn.& re. ſignificauit. & c.
quæſitum.niſi ei à canone prohibeatur.23.q.vl.peſſimam. Quod
dic,ut in repertorio ſub ti.de pœn. & re. in illa rubrica : hæ ſunt
pœnitentiæ à canone diffinitæ. Non tamen diſpenſare poteſt ꝙ
ſolenniter pœnitentes promoueantur. 50. diſt. ex pœnitentib.
& c.confirmandum. & c. non confidat. 61. diſt.ſacerdotib. ver.
proferens & c.arg contra.28. diſtin presbiter.ext. de pœn.& re.
m quæſitum[m]. † ¶Xxix.Cum ſacrilego. 50. diſt.ſi quis presbyter.&
5 extr.de furt.c.fi. Et ſcias quod capiens, vel capi faciens cardina-
n lem eccleſiæ. Ro.ſacrilegus eſt: vt ext.de re iud ad Apoſtolicæ[n].
o ¶Xl.[o] Cum homicida : & hoc in beneficio tantum, ne mendi-
cet. 50.di ſtudeat ext.de cle pu.in du. c.2.ſed nõ in officio 50 di.
miro. s.§.iuxta.ver. ſed quærit quando. ¶Xlj Cum ſeruo pro-
moto,ſi velit eum redimere. 54.diſt.generalis. ¶Xlij.Cum ſeruo
monaſterij vt promoueatur: 54.diſt mul os.ext.de ſer.non or.de
famulis & c de eo. ¶Xliij.Cum clericis, ne promoueantur inui-
ti.73.di c.fi. ¶Xliiij.Cum aſſumpto de ſua diœceſi in epiſcopum,
vt remaneat in p[illegible]ficio ſi non admittatur ad eccleſiã,
ad quam promotus eſt.92. diſt.ſi quis epiſcopus. 1. ¶Xlv. Cum
heretico conuerſo 50.diſt. presbyteros qui. ext.de hære.ad abo-
lendam.de conſ.diſt 2.ego Berengarius. ¶Xlvj.Cum ſchiſmati-
co:ut 50.diſt.vt conſtitueretur. ¶Xlvij.Cum raptore, quantum
ad viaticum ei concedendum ext.de rap. ſuper eo §.ſi vero.præ-
donib.enim diſpenſatiue communicamus:vt 23.q.2. ſanè quod
ſuper. ¶ Xlviij. In recipiendo ex cauſa minorem procurationẽ
p ſolito.10 q.3.relatum.[p] ¶Xlix.In minoratione tertiæ vel quar-
tæ decimarum ex cã.ea q.priſcis.& c.vnio. 12.q.2. c.fi.j.ver.76.
¶L.In executione ſententiæ differenda.11.q.3.cũ apud.¶Li.Cũ
ſortilego:ut ext.de ſortil.ex tuarũ.26.q.5. ꝯ idolorum.& c.per-
6 uenit.† ¶Lii. Poteſt conſentire diſpenſatiue ſecundum quoſdã,
ut monachus vnius religionis præſideat monaſterio alterius reli-
gionis ext.de elec.cum monaſterium.quod tamen eſt contra ca-
nonem.16. q.7. in noua actione. ext.de.elec. cum in magiſtrum.
q Alij ꝯ:ut s.ti.1 § nunc oſtendendum.ver.49.[q] ¶Liii.Poteſt di-
ſpenſare cum clerico poſt 14.an.& non antè : vel etiam ſi patiatᷣ
defectum in ſcientia:dum tamen non ſit nimis rudis: vel etiam
in ordinibus,dum tñ ſit in minoribus,& in breui poſſit ad ſacros
promoueri, & hoc quo ad regimẽ eccleſiæ parochialis ſeu ple-
bis,vel quo ad dignitates:ut ext.de ele.dudũ.i.de æta.& qual.ꝑte-
r rea.& c.indecorum[r].& c.ex ratione.quod eſt ꝯ præ Decre.dudũ.
s & eod.tit. cum in cũctis. ſed ibi eſt ius commune[s]. Ber.tamen &
Tanc.no. extr. de elec. cum dilecti.quod nullus poteſt diſpenſa-
re in defectum ætatis,niſi ſolus papa: etiam quoad inferiores di-
gnitates: vt ext.de elec.nihil.C.de his, qui ve.æta.impe.l.2.& 3.
Sed prius dictum tenent Goſ.Io.de Deo,& papa.qui no.in præ.
Decre.indecorũ.& c. præterea.quod intra 14. an. ꝓhibetᷣ diſpen-
ſare,ut ibi ſupra autem poteſt:cum non ſit ei prohibitum.& do-
meus ut no.in Sum eod.tit.§.ætas Ioann. tamen de Deo viſus eſt
t alibi dicere[t],quòd poſſit diſpenſare cum eo qui eſt xiiij.an.quo
ad obtenta, ut non priuetur illis, vt in præ.capit.indecorum &
eo tit.eam te ſed non quoad obtinenda hodie autem videtur ip-
ſis adempta diſpenſandi poteſtas in ætate, quoad eccleſias pa-
u rochiales per conſtit.Gre.de elect.licet canon.lib. vj.vt ibi dixi[u].
7 † ¶Sed nunquid legatus vel archiepiſcopus poteſt diſpenſare
in ætate, vel in ordinibus cum poſtulato ad epiſcopatum? Non
videtur ex his quæ not.in præ. cap.cum dilecti & ar. eo.tit.inno-
tuit.& c.dudum 2.Ex quib colligitur,quòd ſolus papa in epiſco
patu diſpenſat. Et hoc tenet Goſ. Papa etiam not. ext. de poſtu.
præla.c.fi.ꝙ quandocunq; quis in epiſcopũ poſtulatᷣ,ſolus papa
poſtula-

## ADDITIONES.

a Cum illorum. ¶ In quantum illa decr. loquitur de abſolutione ab excom-
municatione verum eſt Ber.id tenere, vt ibi patet in 3.gloſſ.licet inquan-
tum ipſo abſoluto loquitur de diſpenſatione. Ber. tenet primum: ut patet
in quarta gloſſ.& capitul.2.in fi. 2.gloſſ.qui finis fuit additio, quam forſan
non habuit Guliel.

b Io.de Deo. ¶ Vbi de ſpecie epiſcoporum in 7.col.

c Ver.10. ¶ Vide quod ibi dicam. ¶ Adde, quid ſi abbas non exemptus ha-
bens ſub ſe hoſpitale, in quo non eſt eccleſia, nec capella: ſed ad ipſum &
conuentum ſpectat præſentatio rectoris dicti hoſpitalis,ad epiſcopum ve-
ro confirmatio præſentauerit aliquem ex monachis, vt conſuetum erat:
ſimiliter & epiſcopus ipſum confirmauit, an abbas ſolus poterit illum re-
uocare ad monaſterium epiſcopo contradicente: vide Fede.de Senis conſ.
134.concludentem quod abbas poterit illum reuocare.
Adde tu,beneficia collata hoc modo religioſis, ſunt ad nutum remouibilia
per ſuperiorem regulariter. Rota in antiq deciſi.265.

d Papam. ¶ Vide quod ibi plenius ſcripſi ſuper tertia gloſſ.& facit.s.§.prox.
ver.in ſupenſis.in fine.

e Dicit. ¶ Vt s.in vltima col.

f Et 2. ¶ Ibi hoc no.in glo.pe.vide quod ſuper ea dixi.

g Parte. ¶ Omnino vide quod dicam j.§. ſunt.quoq;.ver.24. Adde Ab.in c.
non eſt,ext.de regula & c.ſignificatum.eo.ti.

h Quæſitum. ¶ Vbi de hoc ſcripſi.in fi.& no.in clem.e.ti.c.vno.in gl.penutim.

i ¶ Papam. Vt poſt eum ſcripſi de tem.or.dilectus.Adde verſi.ſeq.23.quæ in
terminis ſcripſit Fed.conſ.218.

k Decernimus. ¶ Vide quod plenè dixi de cle.coniuga.in 1.obiectione.

l Tranſlationẽ. ¶ Si iſtud primum ſignatur,ad vltimum dictum reſponde,ꝙ ibi
ceſſauerat impedimentum: quia profecerat.& vide eod.tit.niſi.§.pro defe-
ctu.& quod ſcripſi de æta & qua.c.fi.in gl.ac ſi dicat.& in gl.pen.

m Quæſitum. ¶ Vtrobique ſoluitur.

n Ad Apoſtolicæ. ¶ Et graues pœnas incurrit: vt in præ.Decræ.felicis.de pe-
nis.li.6.Vide quod dixi s.tit.prox.§. nunc dicamus. ver.ſed quæritur vtrũ.

o Xl. ¶ Hic fuit erratum in numero, nec corrigendus eſt error propter alle-
gationes verſiculorum ſequentium multoties iteratas.ſimile j. de emphyt.
§.nunc aliqua.ver.158.

p Relatum. ¶ De cenſi.felicis.lib.6.

q Ver.69. ¶ Vide quod dicam j.§. conſequenter.ver.legatus.

r Indecorum. ¶ De hac Decre.vide quod ſcripſi de reſcriptis.ſi eo tempore.
lib.6.ſuper glo.pen.

s Commune. ¶ Hucuſq; verba Ioan.de Deo.vbi ponit caſus Decretalium.
in prin.

t Dicere ¶ Vbi s.ante medium.

u Dixi. ¶ Hodie permiſſi ſunt diſpenſare in ætate,in dignitatibus,vel perſo-
natib.ſine cura,cũ his q peregerunt 20.annum de æta.& qua. c.vno.lib.6.

a poſtulationem admittit Sed Io.contra, ſecundum ea [a] quæ not.
extr.de præbend.de multa.& 70.diſt.ſanctorum. & 21.q 2. ſi quis
iam.Cum enim papa non reſeruet ſibi hoc ſpecialiter, videtur eis
indulgere.extr.de ſenten.exc.nuper Idem dicit Aegidius, qui ſu-
per hoc quandam glo.longiſſimam compilauit: ſed ſalua eius re-
b uerentia, iura facientia ad hanc materiam non induxit [b] dico eos
diſpenſare non poſſe de iure in defectu ordinum: vt extra, de æ-
c ta.& qua.a multis. [c] 60.diſtinct. nullus in epiſcopum. & patet in
his quæ not. papa extr. de tempo. ordin. dilectus. eccleſia tamen
Romana, quæ tanquam domina omnia ad ſe trahit, non patere-
tur per eos totaliter diſpenſari, imò epiſcopum Paduanum, cum
quo patriarcha Aquileienſis diſpenſauerat iam conſecratum ab
epiſcopatu amouit: in ætate vero non imò ſolus papa. vt extr. de
electio.cum nobis olim. Electiones enim epiſcoporum inter ma
iores cauſas numerantur.ext.de appellat.vt debitus,in fin.de tran
d ſla.epiſcop.capitu. inter corporalia. 17 diſtinct.multis [d]. Domi-
e nus autem meus dixit contra de defectu ordinis: [e] vt ſupra,.§.nūc
oſtendendum.verſ.17.& verſicu. 70 ¶Liiij. cum eo, qui benefi-
cium renunciat, vt ſibi concedat in illo victum.argum.7.quæſt.1.
quamnis.extr.de renun.ad ſupplicationem, etiamſi ob culpam re
moueatur: vt ſ.verſi.9 ¶Lv.cum eo, qui petit ceſſionē, ſcilicet vt
vel cedat, vel remaneat.eo.tit,admonet.& c.quidam. & capitu.j.
g †¶Lvj.Quod monachus exiſtens in minoribus ordinibus fiat ab
bas.extr.de æta & quali.tuam olim enim abbates & monachi lai-
ci erant: vt 93.diſtinct.à ſubdiacono.16.quæſt.j.legi prope finem.
f argum.contra.16.quæſt.j.§. ſuperiori [f]. ¶Lvij. Debet diſpenſare
cum illis, quos ſine titulo diſpenſatiuè promouit ad ſacros, vt ha
beant victum ext.de æta.& qua accepimus extr. de præben. cum
ſecundum.& capitu. non liceat, & capitu. epiſcopus. ¶Lviij. Di-
ſpenſat cum ſectis in cunabulis, vel à dominis, vel à barbaris, vel ſi
caſtrati timore lepræ, vel ita nati ſunt ſcilicet, quod promouean-
tur, vel promoti remaneant in ſuis ordinibus: vt extr. de cor. vit.
ex parte B.& c,ex parte.M.lv. diſt. ſi quis pro ægritudine. & c. eu-
nuchis Si uero aliquis hoc ſponte, vel propter Deum feciſſet:
vel ſibi fieri affectaſſet: non diſpenſatur cum eo, niſi per papam. 55.
diſt. qui partem. ext. eo. ſignificauit vbi de hoc ſolus etiam papa
diſpenſat cum habente maculam in oculo: vt not. ſecundum pa-
g pam eo.tit.c 2.[g] ¶Lix.cum ſacerdote extraneo, vt celebret occul
te ſine literis vel teſtibus ſuæ ordinationis.extr de cle. pereg. capi.
9 fin.ad fin.71.diſtinct & 72.diſtin.per totum. †¶Lx. Quod præla
tus faciat perpetuum vicarium.extr.de offi. vicar. ad hæc. cum de
iure ipſe prælatus debeat in propria perſona ſeruire in beneficio, ꝙ
beneficium datur propter officium: vt 81.diſtinct.eos & cap. ſeq.
! & præ.verſ.160 ¶Lxj Poteſt diſpenſatiue cōcedere minoribus
prælatis, quod poſſint ſuos ſubditos excommunicare.extr de off.
ordi.ſi ſacerdos. & cap. cum ab eccleſiarum. quod illi non habent
h de iure communi ſecundum Ioan.de Deo [h], extr.de offi. archid.
cum ſatis.& cap.archidiaconus.extr de foro. comp. cum contin-
gat.niſi hoc habeant de conſuetudine: licet poſſint ex cauſa inter
dicere diuinum officium & eccleſiaſtica ſacramenta: vt in præc.
Decr ſi ſacerdos.& 2.quæſt.j. nemo. ¶Lxij. Diſpenſat cum cleri-
co percuſſore.extr de cle.percuſ.c.j.arg. contra 46.diſt.ſeditiona
i rios & j.q.7. ſi quis omnem [i]. ¶ Lxiij. Diſpenſat cum rectoribus
ad ſynodum non uenictibus.extr.de ma.& obe.ſuper eo. Poſſunt
enim puniri, niſi veniant: ut 18.diſtinct.de eulogiis. & cap. penul.
¶Lxiiij. Vt ſine vitio fiat tranſactio ſuper decimis. extr. de tranſ-
actio.ſtatuimus de rerum permuta. capitu. j. & 2. ſic etiam in be-
10 neficio extr. de tranſact. de cætero. †¶Lxv. poteſt & debet di-
ſpenſare cum clerico depoſito, ne curię ſeculari tradatur. extr.
de iudi. cum non ab homine Semper enim in illo remanet chara-
cter, & uiuere debet clericaliter. 50.diſtinct. accedens. 81. diſtinct.
dictum & ideo non reordinatur, ſi reſtituatur. 11.quæſtio. 3.ſi epi
k ſcopus. [k] ¶Lxvj. Diſpenſat, vt contumax non ſit contumax.
extra,de offic. delegat. conſuluit de dolo & contu. capitu. j. & 2.
& capitu.cum dilecti. & capitu. cum olim. 5. quæſt. 3. præſenti.
¶Lxvij. Ex cauſa ſequeſtrat fructus ante ſententiam extr. de ſe-
queſtra cap penultim. & fin. cum tamen ſequæſtratio ſit regula-
riter interdicta: vt C. de prohibita ſequæſtratio. per totum.
¶Lxviij. Diſpenſat cum ſuſpecto de crimine, vt non condem-
net eum, extr.de præſumpt.literas extr. de dolo & contum. cum
dilecti. ¶Lxix. Diſpenſat quod vir & vxor ſeparati contineant,
ne deterius inde contingat. extr de iureiu. tua nos. quod eſt con-
tra canonem 27 quæſtion 2. ſi uir & uxor. ¶Lxx. Poteſt ratio-
ne iuramenti cogere clericum vel monachum eſſe loco obſidis.
extra, de iureiur.ex reſcripto. ¶ Lxxj. Si prælatus diffidit de iure
[illegible]o, poteſt dimittere rem, quam eccleſia poſſidet, ut dicunt qui
[illegible]m, argumen. extr. de poſtula. bonæ 2. verſic. quod ſi contra-
[illegible]centibus. ſed dic prout ibi nota [l]. ¶Lxxij. diſpenſat in corre-
[illegible]one morum, & in diſpenſatione eccleſiaſticarum rerum: &
[illegible]c prçuia ratione 12. quæſtio. 1. præcipimus. 16. quæſtio.7.ca.
[illegible]alias contra 11 q.tertia quomodo. & cap.illud & c plerunq;.
[illegible]q.2.cognouimus. 10.q.3.qa cognouimus. ¶Lxxiij. Cum fure

rei eccleſiaſticæ, ut ſibi pœna mitigetur. 12. quæſtio. ſecunda fra-
ternitas. 14. quæſtio. ſexta ſi res. & 50 diſtinct. ſi quis presbyter.
17. quæſtio.quarta ſi forte, vt poſt peractam pœnitentiam, vel
partem eius poſſit ad ſacros ordines promoueri. extra de fur.capi.
tu.fin. ¶ Lxxiiij. Vt ſeruus eccleſiæ bene meritus cum peculio ma
numittatur: ut 12.qu. 2 ſi quos de ſeruis. & capi.cum redemptor.
11 †¶ Lxxv. Vt res eccleſiæ tempore famis vendantur pro alimen-
tis pauperum, & pro redemptione captiuorum. 10. quæſtion. 2.
capit.2.

## ADDITIONES.

a Secundum ea. ¶ Id eſt, per illas rationes & argumenta, quibus ibi vtitur, cū
tractat an diſpenſet in pluralitate curatorum vel dignitatum: hoc dico, quia
de hac quæſtione in dictis locis nil tractat.

b Induxit. ¶ Nimis detrahit illi doctori ſui tēporis ſine comparatione maio-
ri: & qui eum iunit in hoc opere, per quem primo anno, quo Decretales ad-
huc puerulus audiui, cum quoddam xeniolum ſibi ex parte patris portaſſem
me examinatum memoror ſuper electione diurna: cui quia gratè reſpondi,
me cum oſculo fuit amplexus propter ꝙ eum contra hanc detractionem cū
gl. illam habeam, tueri diſpono. ¶ Et breuitatis cauſa certè talis fuit illius
gloſſæ queſtio, qualis in hoc ver.proponit ¶ Ad negatiuam inducebat l.2.C.
de his qui ve.æta.impe.per modum, quem inducit in gloſſ. Decret.de electio.
cum dilecti. in prin.& in fin. Item eo.tit nihil eſt: quia cū ibi puniatur ꝓmo
uens minorem.hæc ergo pœna non cedet in commodum. de do. inter ui.&
vxo.& ſi neceſſe. Inducebat Dec.indecorum.de æta.& quali.de elect.dudum.
& cap.innotuit,& de fil.presb.c,pe.demum poſita opin. Goff. ꝙ in epiſcopati
bus ſolus papa diſpēſet, per c.innotuit de elect. In inferioribus epiſcopis ſub
dit opin. Io.quam ſequitur, quod legati & archiepiſcopi in epiſcopatibus, di
ſpēſant, nō vage, & indiſcrete: ſed vbi neceſſitas vel utilitas eccleſiæ id expo
ſcit.all.de æta.& quali tuam.& c.indecorum.de conceſ.præb. cum noſtris. &
de elect.cum nobis olim.in fin.in quantum ibi patet, quod neceſſitas & vtili-
tas diſpenſationem inducunt. Ad idem de præ expoſuiſti, vt ſic morum pro-
bitas impleat ætatem & ordinem.77.diſtin.cap. vltim. Fundat autem opin.
ſuam, quia diſpenſatio his duobus caſibus non eſt eis expreſſè prohibita:
nec eſt de reſeruatis & ſpecialiter pro legato inducit, quod confirmare ele-
ctionem, vel admittere poſtulationem eſt iuriſdictionis: & iuriſdictionalia
quæ ſpectant ad papam, competunt legato, qui eius vices gerit. de conſu. cū
venerabil.ex quo reſeruata non ſunt expreſsè, de off. lega. quod translatio-
nem. ¶ Ad allegata in contrarium reſpondet, primo ad leges, quod leges, mi
nores, dummodo ſint puberes, ex cauſa, uel neceſſitate vrgente permittunt
ad honores promoueri.ff.de decur.non tantum.§.j.& de iur.immu.l.2. ¶ Ad
Decre.nihil eſt, reſpondet, quod de confirmatione loquitur, non de diſpenſa
tione, Prima requirit iuris obſeruantiam: per ſecundam fit iuris relatio. Po-
terat etiam dare inſtantiam per c.qui in aliquo.51. diſt. Item licet Turon.cō
cilium prohibeat diuiſionem præbendarum, de preb. maiorib. ex cauſa ta-
men epiſcopus illam facere poteſt eo.tit. vacante. Idem in permutatione: de
rerū permu.quæſitum. Per hoc reſpondetur ad concilium, cum in cunctis,
& ſimilia quæ licet determinent ætatem, iuſtam diſpenſationē non prohibet.
¶ Ad Decr.dudum.2.ver.nos igitur.reſpondet quod indiſcreta, & temera
ria fuit ibi diſpenſatio propter pluralitatem eccleſiarum parochialium, quæ
transgreſſionem & infamiam inducebat: nec loquitur de defectu ordinis vel
ætatis. Concludebat autem contra tenentes cōtrarium, cum verbis canonis.
7.q.prima. ſcias. in fin. non videantur per ius nouum ſuperius allegatū hæc
verba ſuperflua: quæ caſum illū directè non reſpiciunt, ut per ſe patet. ¶ Ad
de quid ſi papa diſpenſat cum minore 18.ann. vt poſſit obtinere beneficiū cu
ratū: & deinde ꝓcedat alicui abbati, vt à certa vicaria poſſit ꝑſonæ idoneæ
prouidere, an poterit ꝓuidere dicto minori, qui de iure cōmuni non eſt ido-
neus. & quid ſi is minor vigore dicti reſcripti obtinuit beneficium curatum,
an poſſit illo dimiſſo aliud obtinere. vide Pet.de Anch.conſ.405.inci.tria du
bia.concludentē in oībus, ꝙ ſic. Adde ꝙ Abb.in c. cum in cunctis. in prin. de
ele.dicit ꝙ diſpenſatio epiſcopi in minori ætate nō debet fieri niſi ex magna
cauſa: & quod ubi non ſubeſt cauſa dicitur diſſipatio, non diſpenſatio, vt col
ligi dicit ex diffin. diſpen.quā diffi. vide ꝑ glo.j.q.7.c.requiritis. §. niſi rigor.
illam gl. tene menti, quia tangit multa neceſſaria in materia diſpenſationis.

c Multis. ¶ Tu dic contra, vt ibi, dixi ſuper gl.ſic olim.

d Multis. ¶ Et eſt expreſſum de elect quamuis.in prin.lib.6.

e Ordinis. ¶ Quo ad dignitatē epiſcopalē, remiſſionē dedi ad decretalem, a
multis.ſ.eo.ver. Quo ad inferiores dignitates. vide quod no.de æta.& qua.c
vno.lib.6.in ult gl.& ſcripſi de ele.dudum.j. ſuper verbo, in ordinibus.

f Superiori. ¶ Licet Abbas poſſet fieri ſacerdos, & ſacerdos abbas, vt ibi, nō
tollitur ꝙ primitiuæ eccleſiæ ſtatus illos ad id non cogebat: vt patet prin. §.
& in fi.qui hodie coguntur de æta.& qua.c.j. Non obſtat quod in cōtrario di
citur de regula Benedicti: cū illa ultra 200.annos ſecuta fuerit. c. a ſubdiaco-
not. quod fuit Silueſtri, qui fuit tempore Conſtantini primi, & Benedictus
tempore Iuſtiniani, ut patet ex Chronicis. Fuerāt ergo monachi ante Bene-
dictum ſub regula Baſilij, 18.q.2.pernicioſam.& ut patet in fin.cōtrarij vſq;
ad tempus Euſebij, Zoſimi & Sirici monachi non fuerunt clerici.

g c.2. ¶ Ibi vide.& quod ſcripſi eo.ti. ſignificauit.ſuper glo.fin.

h Io.de Deo. ¶ Vbi ſ.ad fin.j.col.

i Omnem. ¶ In fin.vide quod no.in præ.Decre.j.& 45 diſt.in ſum.

K Si epiſcopus. ¶ Facit quod ſcripſi de cleri.conlu.ſuper rubrica.

l Ibi no. ¶ In 5.glo.ſuper qua alias remiſſiones uideas. Adde uer.69. ꝙ ſi uir
vxori, & uxor uiro inuicem remittant ius matrimoniale abſente epiſcopo,
vel eius uicario, & alter dictorum coniugum, puta maritus intrat religionē,
& facit profeſſionem, ꝙ mulier non poteſt ipſum reuocare, eo quia non fa-
cta fuerit dicta remiſſio præſente epiſcopo, & hoc ſiue mulier ſit iuuenis & ſu
ſpecta, ſiue non: ut decidit Feder.conſil.27.& hoc maxime, quia non eſt de ne-
ceſſitate auctoritas epiſcopi, ſed de honeſtate.alleg.Hug. Laur. & Archidia
co.17.q.2ſi uir.& Innocen.in cap.1.de conuer.con[illegible]j.in j.gl.

m Alias contra. ¶ Id eſt, id non poteſt, cūs. [illegible]tio non ſunt prauiæ.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

capitu.2.12.q.2.aurum.& capitu.gloria.& ſacrorum.& capitu.ſe
quent.¶Lxxvj.Cum eccleſia parochiali, ſeu cum ſacerdote, di-
mittendo ei quartam decimarum ſibi debitam extra, de reſcri.
de quarta. 12. quæſtione. tertia epiſcopus ſi tertiam. & decima.
a quæſtione.tertia relatum.& alia epiſcopalia iura [a]. extra, de do-
nat.paſtoralis. Quod verum eſt de conſenſu capituli, non aliter
extr.de his, quæ fiunt à præla. capitu. nouit. ¶Lxxvij. Vt ſi pater
exhæredato filio inſtituerit eccleſiam hæredem, mortuo patre re
ſtituatur filio hæreditas. 13. quæſtio. ſecunda ſi quis iraſcitur. &
idem eſt ſi credens ſi non habiturum filios contulit bona ſua ec
cleſiæ, vſufructu ſibi relicto, & poſtmodum naſcitur ſibi filius: vt
17.quæſtio quarta quicunque.¶Lxxviij. Vt ſuſpenſus, in quo ſi
gna pœnitentiæ apparuerunt, apud eccleſiam ſepeliatur.23.queſt.
ſecunda quæſitum. Nec eſt contra 23. quæſtio. quinta placuit.
quia ibi loquitur de impęnitẽte: vt in §. qui ibi ſequitur. ¶Lxxix.
Quod ſacerdos in ciuili cauſa coram laico teſtimonium ferat.14.
quæſtion. ſecunda quanquam. ¶Lxxx. Secundum quoſdam in
iuramento metu extorto: quod eſt in detrimentum animæ & cor
poris.de hoc s.tit.j.§. nunc oſtendendum.ver.24.¶Lxxxj.Quod
vna eccleſia ex cauſa faciat alteri partem de decimis & primi-
b tijs.16.quæſtio.prima ſicut duo. & capitu. ſtatuimus [b]. ¶Lxxxij.
Quod patronus conferat decimas monaſterio malè à laicis deten
tas, in quarum poſſeſſione non erat eccleſia: vt 16. quæſtio pri-
ma.cap.fin.extr. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli
cùm apoſtolica. ¶Lxxxiij.Epiſcopus patronus diſpenſat, vt præ
ſentatus ab eo admittatur ſine examinatione: quia præſumitur
12 pro eo.16. quæſtione 5 capitul primo. † ¶Lxxxiiii Diſpenſat, vt
abbas conferat inueſtituram in eccleſijs per eum ſibi collatis. 16.
quæſtion.ſecunda. viſis.¶Lxxxv.Quod eccleſia det clericis ad vi-
tam eorum de ſuis poſſeſſionibus 16 quæſtion. tertia .clerici. &
capitu.ſi epiſcopus.12. quæſtio. ſecunda ſæpe fit. & etiam ipſe de
poſſeſſionibus eccleſiæ ſuæ dat ſuis ſeruitoribus ad uitam eorum,
& de proprijs in perpetuum 16. quæſtion. ſexta.illud.quia & ſuc-
ceſſor illos alere tenetur: vt 12. quæſtion. ſecunda. hoc ius.
¶Lxxxvi.Diſpẽſat in pœna pro immunitate eccleſiæ violatæ.17.
quæſt.4.ſi quis contumax. & arg. 12. quæſti. 2. de uiro. ¶Lxxxvii.
in ſeparando ſuo arbitrio monaſteria duplicia. 18.quæſt. 2.in nul-
lo.& cap.diffinimus ¶Lxxxviij. Cum monaſterijs in tributis ſibi
dandis.17 quæſtione 7. Eleutherius. ¶Lxxxix. Cum clerico ſuo,
ut poſſit ad alterius epiſcopatum tranſire, 19.quæ. 2. duæ. a con-
13 trario ſenſu.& 71.& 72 & 73.diſt.per totum † ¶ Xc. Cum mona-
chis, vt habere poſſint cellulas intra clauſtrum. 18. quæſtio. 2. de
monachis.& cap.cellulas. & cap. nullus. quod etiam abbas facere
poteſt cum benemeritis 20.quæſtione ultima.cap.fina.¶ Xci. In
c tempore velandi virgines, ut extr.de tempo.ordin.capit.1. [c] alias
non, niſi ex cauſa præterquam in certis feſtiuitatibus, vt 21.quęſt.
prima. deuotis. ¶Xcii. Poteſt diſpenſando mitigare pœnam ſe-
cundum modum canonum. 23. quæſtione quarta. forte de pœni-
ten.diſtinctio.ſexta cap.primo.in fin extrà de officio lega.niſi
¶Xciij Diſſimulando vel correctioni ex cauſa ſuperſedendo.vi-
gematertia quæſtione quarta.non poteſt. ¶Xciiij. Parcendo te-
ſti, ne perſonaliter puniatur.vigeſimatertia quæſtione quinta, ca
pitul.primo.ad fin. ¶Xcv. Relaxat excommunicationem ad cau-
telam ne plus debito principale negotium retardetur.extr. de ex-
cept. Apoſtolicæ.extr. de teſtib. veniens. 2. in fin. ſecus in interdi-
d cto [d]: vt in conſtit.Greg.10. de ſenten. excom. præſenti. lib.6.
¶Xcvi. Diſpenſat in modica iniuria, ſi iniurians ex ſententia ſit
infamis.extr.de re iud.cum re.2. quæſtione tertia.capitu. ſi quem
14 §.notandum. † ¶Xcvij Poteſt diſpenſatiue deferre friuolæ appel
lationi propter ſcandalum vitandum.extra, de appel. cõſtitutus.
2.quæſt.ſexta.appellatione pendente.quod de iure facere non te-
netur: imo iudex hoc faciens mulctandus eſt in 20.lib. argenti, vt
ca.ei qui.2.q.6.§ ſunt etiam quorum: ver. ſi quis etiam ¶Xcviii.
In transformatione habitus ex cauſa.extr.de vit.& honeſt.cler.c.
clerici.& c. Deus.¶Xcix.Cum clericis concubinariis.extra.de co
ha.cler & mu. clericos & c. veſtram. niſi irregulares effecti ſunt:
vt s.§.iuxta. ver.in ſuſpenſis. ¶Centeſimo Cum clerico non reſi-
dente in eccleſia.ext.de cleri.non reſid ex parte & c. tua. & c. fin.
¶Cj.Cum duobus in diſcordia electis: vt vnus habeat dignitatẽ.
& alius aliquid vltra conſuetum.extr.de præb.niſi. 61. diſtinctio.
Oſius.12 q. 1. illi. ¶Cij. Vt aliqui habeant campanas. extr. de pri.
patentibus.¶Ciij Vt ex vna præbenda fiant duæ: & hoc ex cauſa
e extr.de præbend.vacante.alias contra [e] eo.tit. maioribus. & c.di-
lecto.1.quæſt.3.ca.fin.¶Ciiij. Diſpenſatiue vnit capellas, vt au-
15 gmentet præbendas. extr. eod. expoſuiſti. † ¶ Cv. Quod clerici
pegrini ex aliqua iuſta cauſa in ſua diœceſi recipiantur, & ſine li-
teris commendatitiis celebrent. extr. de inſtit. ad decorem & de
cler.pereg.c.fin.de conſ diſtin.1.vnicuique.& cap. clericos. alias
16 contra.71.diſtin.capitu. primo. & ſecundo. s. verſ. 89.† ¶Cvi.
Poteſt diſpenſatiuè ratum habere, quod factum eſt per præde-
ceſſorem eius, licet [illegible] d inual[illegible] ſit pnta ſine conſenſu capituli.
extra, de his, quæ f[illegible] ne conſenſu cap. cum nos. & ca-
pitu.cum Apoſtolica. ¶Cvii. Poteſt ex cauſa retinere ad tempus
fructus beneficij vacantis.extr.de eccleſ. ben.capitul. vnico. pro-
f pe fin. [f] ¶Cviij.poteſt dare monaſteriis priuilegia exemptionis [g]
g extr.de priu. capitu. cum olim. & capitul. ex ore. 16. quæſtio.1.
peruenit. ¶Cix. poteſt capellas concedere monachis: ut extr.de
dona.paſtoralis.16.quæſtio.1.peruenit.¶Cx.Diſpenſat abbreuiã
do pœnitentiam.10 ann.ſacrilegio, qui cum moniali contraxit.
27.quæſtio. prima virginem ¶Cxi. Cum cognoſcente fornica-
rio coitu monialẽ.27. quæſtio. prima.eos. ¶Cxii. Cum frequen-
h ter nubentibus. 31.quæſtio.prima.de his [h] ¶Cxiii. Epiſcopus po
teſt adulteram ponere in monaſterio: ſi vir eam nolit recipere.
32. quæſtio.prima de Benedicto. Adulteros autem excommuni-
care poteſt: ut ead. cauſa. quæſtio. quinta. perceptum. ¶Cxiiii.
Permittitur epiſcopo ſeparare meleficiarios poſt triennium. 33.
i quæſtio. prima.ſi per ſortiarias.extrà.de fri. capitu. fina. [i] ¶Cxv.
Poteſt ex cauſa mitigare pœnam matricidæ. 33. quæſtione ſecun-
da.latorem. ¶Cxvi. Poreſt diſpenſare cum ſolenniter pœniten-
te, & cum inceſtuoſo in matrimonio contrahendo: ut ea. quæſt.
ſi quis cum duabus. & capitu. in adoleſcentia. & capitu. antiqui.
17 † ¶ Cxvii.Cum inceſtuoſo, per errorem ſororem vxoris ſuæ co
gnoſcente: 34. quæſtion. ſecunda in lectum. & etiam cum ince-
ſtuoſo ſimpliciter. ext.de eo, qui cogno. conſangui. vxoris ſuæ.
capitu.ex literis.trigeſimaquinta quæſtio. tertia. de inceſtis. ad fi-
nem.& quæſtione octaua. de gradibus. & capitul. hoc ſalubriter.
ad fin. & capitu. inceſtuoſi. Vnde diſpenſat, vt cognoſcens ma-
trem ſponſæ, poſſit cum alia contrahere. extr. de eo qui duxit in
matri. qui polluit per adul. capitul.ſecundo. De hoc 33. quæſtio.
ſecunda.ſi quis cum. & 27. quæſtio prima. virginem. & ut is, qui
ſeparatur ab uxore propter conſanguinitatis impedimentum,
poſſit cum alia contrahere. 35. quæſtione ſexta. ab iſto die. 1.
¶Cxviii Contra ſententiam, quæ non tranſit in rem iudicatam.
vt 35. quæſtion.octaua quod quis. Vnde reſtituit mulierem con-
tra ſententiam in cauſa matrimoniali latam: quæ non tranſit in
rem iudicatam: vt ead. quæſtio.capitul. primo.& extr. de in inte.
reſti. ex literis. ¶Cxix. Cum raptoribus mulierum, ut euadant le-
galem pœnam: & acta pœnitentia cum mulieribus raptis con-
trahant.35.quæſtione prima.& quæſtione ſecunda.& tria. extr.de
rap.capitu primo.argumen.contra ea.quæſtio.capitul.fin.¶Cxx.
Super ſtatu eccleſiarũ, vt eas faciat numero pauciores, ſi plures
k ſint: vel etiam minores [k], ſi nequeant de propriis reditibus ſuſtẽ
tari. de conſe. diſtinct. prima omnes baſilicæ. & quod etiam nu-
merus canonicorum diminuatur, vel augmentetur. extr.de con
ſtit. ex parte. a contrario ſenſu extr. de verbo. ſignificatio. capit.
fin.extr.de inſtit.capit.1.& 2 extr de conceſ. præben.ex parte. &
vt fiat nouus perſonatus in eccleſia, qui nunquam fuit. extra, de
conſuetu. cum olim. ¶Cxxi. Quod miſſa cantetur, in oratoriis.
de conſecr.diſtinct.prima.concedimus.& capitu clericos.& cap.
ſi quis ¶xxii Cum presbytero qui ſub vno canone duas miſſas ce
lebrauit. de conſe diſtin.ſecunda.relatum.& capitu.comperimus
¶Cxxiii.Poteſt minuere pœnam ſacerdoti, propter cuius negli-
gentiam

## ADDITIONES.

a Inra. ¶ Vide quod plene ſcripſi de cenſib.c.cum venerabilis.ſuper gloſſ.ſeq. Adde quod dictum Spe.licet de eo mentionem non faciat, ſequitur Feder. conſilio 248.incipiente, Caſus talis, quidam epiſcopus.& uult quod nec epiſcopus poſſit dicta iura remittere à principio fundationis eccleſiæ vel hoſpitalis: quia eſſet valde præiudiciale epiſcopo, & epiſcopali menſæ, quod eccleſia eſſet in ſua diœceſi, & non haberet ius epiſcopale in ea. latius ibi.

b Statuimus. ¶ Vide quod hoc not.de reli.do.conſtitus.in glo.hic videtur.

c Cap.1. ¶ Dic ut ibi no.in ult.gl.

d In interdicto.¶ Loci, non perſonæ. vt ibi no.in gl.pen.

e Contra. ¶ Id eſt, ſi cauſa non ſubeſt.

f Prope fin. ¶ Vide quod ibi dixi ſuper fin.vltim.glo. propter clemen. ſi vna. de rebus eccleſ.non alien.

g Exemptionis. ¶ Vide remiſſionem quam dedi s.ver.76.

h De his. ¶ Ibi uide in 1.glo.

i c.fin. ¶ Solu.ibi in 1.glo.

k Minores. ¶ Numero. Adde Fed. conſ.111.& ibi an poſſit facere in præiudiciũ expectantium, & de requiſitis in vnione, vide Oldrad. conſil. 261.& per eundem qualiter, & qua de cauſa annuletur vnio. conſilio 242. & quomodo epiſcopus poſſit unire aliquam dignitatem, per eundem, conſil.186. Et an ſi habeat poteſtatem à papa vniendi aliquam eccleſiam, an ſi unit. videatur auctoritate ſua, vel papæ feciſſe, per eun. conſil. 257.& quid ſi papa concedit epiſcopo licentiam uniendi quatuor eccleſias menſæ ſuæ, qui eas vnit uiuentibus rectoribus earum ſine præiudicio epiſcoporum: & deinde mortuo illo pontifice ſucceſſor concedat expectatiuas cum clauſula anteferri: an mortuo aliquo ipſorum rectorũ habẽtes expectatiuas debeant præferri epiſcopo, vide plene per eundem Oldr. conſilio 223. Adde an uniones monaſteriorum remaneant ſub diſpenſatione epiſcopi diœceſani, vide pleniſſimè Guid.Papæ in quæſtionibus ſuis, quæſtio.103. incipien. pragmatica ſanctio.& Adde, quod epiſcopus poteſt vni eccleſiæ priuilegium concedere in alterius eccleſiæ præiudicium: imò vnius eccleſiæ iura uel dignitates tribus interuenientibus alteri donare, de quo per Ludo, Rom.conſil. 369. incipien.circa j. columm.ver.tertio, quia videmus. Henr.Fer.

a gligentiam mus comedit ſpecies [a] e.ti.qui bene ¶ Cxxiiij. Diſpē-
ſat, vt presbyter celebret in altari, in quo eadem die epiſcopus
b celebrauit. eadem diſtinctio. capitulo fina. [b] ¶ Cxxv. Vt Iu-
dæus ſtatim ex cauſa baptizetur. de conſec.diſtinctio.quarta. ne
quod abſit. ¶ Cxxvi. Secundum quoſdam cum ignoranter re-
baptizato, cum eſſet paruulus: ſi neceſſitas & illius merita, & ec-
cleſiæ vtilitas hoc expoſcunt:ut ead.diſtinctio.qui bis. ¶ Cxxvii.
In pœna presbyteri cum veteri chriſmate baptizantis. eadem di-
ſtinct ſi quis de alio. ¶ Cxxviij. Conſentire poteſt, quod preſ-
byter ſignet pueros in vertice, quos epiſcopus baptizauit, ſi
forte propter multitudinem epiſcopus non potuit omnes in
vertice chriſmare. eadem diſtinctio. omni tempore. 95. diſtin-
ctio. capitul. penult. & fin. Ipſe autem ſolus poteſt chriſmare in-
c fantes. [c] ext. de conſue. quanto. de con. diſtinc. 5. manus. ¶ Cxxix.
Cum monacho ſcienter extra clauſtrum carnes comedente. de
conſ. diſtinct. 5. carnem. ¶ Cxxx Cum clerico vel prælato reli-
gioſo, vt eat in peregrinationem. de con. diſtinct. 5. non oportet.
2.ext. de voto magnæ, prope fin. & capitu. penul. & fin ¶ Cxxxj.
Quod clerici iaceant & comedant in proprijs domibus, & non
ſimul. ext. de ui. & hone. cle. capitul. quoniam, a coutrario ſenſu:
contra canones illos. de con. diſtinctio. 5. in omnibus. & 12. quęſt.
1. neceſſaria. ¶ Cxxxij. Diſpenſatiuè reducit fugitiuos ad clau-
ſtrum: vt extra de regu. capitu fin. 18. quæſtio. ſecunda. abbates.
¶ Cxxx.ij. Diſpenſat, quòd ſimpliciter de voto contrahat, ne
deterius faciat. ext. qui cle. vel vo. veniens. licet ſit contrà, eod.
d titu. rurſus 22. quæſtio. 4. §. fin. [d] † ¶ Cxxxiiij. Diſpenſat in vo-
18 to, ut in melius commutetur. ext. de voto. capit. primo. & capi.
ex multa. niſi in Hieroſolymitano. vt eod. titul. per tuas. & capitu.
ex parte. & capitu. magnæ. & niſi in uoto continentiæ: vt no. eod.
titul. c. 1. ¶ Cxxxv. Vt in defectum regularium monaſterium
de ſecularibus clericis ordinetur. extrà de reli. do. inter quatuor.
Sed contrà. 19. quæſtio. 3. quæ ſemel. & extrà de rebus eccle. non
e alien. poſſeſſiones [e] ¶ Cxxxvj. Recipiendo ſecundum præſenta-
tum à patrono primo omiſſo. ext. de iure patron. cum autem. &
cap. paſtoralis. ¶ Cxxxvij. Cum ſacerdote incauto, qui in offi-
cio ſuo peccat. extra. de celeb. miſſ. cap. fin. ¶ Cxxxviij. Quòd
infirmus, vel ex alia cauſa, quis comedat carnes in diebus ieiunio-
rum extra. de obſ. ieiu. conſilium. ¶ Cxxxix. Vt eccleſia paro-
chialis fiat monaſterium. extra. de eccle. ædi ad audientiam. 12.
quæſt. 2. bonæ. extra de dona. Apoſtolicæ. ¶ Cxl. Diſſimula-
re poteſt, quòd ſponſus & ſponſa de futuro ſe abſoluant, ne de-
terius inde contingat, extra. de ſpon. præterea. ¶ Cxli. Vt puella
nubilis dimittat ſponſum minorem 14. annis, & contrahat, ne
fiat deterius. de deſpon. impu. c. ex literis. quod eſt contra iura
illa. eod. titul. de illis. & cap. à nobis. ¶ Cxlij. Vt confirmet vel
impediat ſponſalia ſecundum formam Decr. extra. de ſpon cum
in tua. ¶ Cxliij. Cum filiis adulterorum, vt alantur à parenti-
bus: vt extr. de eo qui duxit in matrim. cum haberet. in fin. con-
tra iura illa. 35. quæſtion. 3. capit. 2. & quæſt. 6. cap. vnico C. de
naturali. li. Authen. licet patri. extr. qui fil. ſint le. per venerabilem
in fin. ¶ Cxliiij. Diſſimulando diſpenſat in diſpenſatione ex falſa
cauſa obtenta, ut ualeat, quæ alias non valeret. extra. de conſang.
& affinita. quia circa. ¶ Cxlv. Poteſt diſſimulare diſpenſatiue a-
dulterium ſponte à muliere confeſſatum, niſi perſeueret in illo.
extr. de diuor. ex literis. ¶ Cxlvj. Poteſt diſpenſare mitius puni-
endo ex cauſa accuſatorem in probatione deficientem. 2. qu. 3.
Paulum. §. notandum. extrà. de calum. cum dilectus. extr. de elec.
ſtatuimus. in fin. lib 6. ¶ Cxlvij. In numero & qualitate compur-
gatorum extrà, de ſimo. inſinuatum. 2. quæſtion. 5. omnibus ex-
trà, de purgat. cap. ex tuarum. ¶ Cxlviij Cum eo qui per ſimpli-
citatē fecit homagium propter beneficium. extra, de ſimo. ex dili-
genti. Sed cum directe ſimoniaco an valeat diſpenſare: dic vt ſ.
19 tit. j. §. nunc oſtendendum. ver. 24. † ¶ Cxlix. Diſpenſat vt cleri-
cus ſcholaris vel peregre proficiſcens locet ad tempus reditus be-
neficij ſui. extra, ne præla. vices ſuas. capitu. fin. de voto. capit. fi.
¶ Cl. Cum homicidis & parricidis, quod contrahant matrimo-
nia. ext. de his, qui fil. oc. c. j. 33. q. 2. ſeculares & c interfectores. &
20 c. in adoleſcentia. † ¶ Clj. Poteſt eccleſias parochiales diuidere, &
vnire, niſi ab eo appelletur: de conſenſu tamen eorum, quorum
intereſt: vt extra, de exceſ. prælat. ſicut unire, aliàs non. 17. quæſt.
j. cap. præcipimus. §. ſicut duo. & 10 diſtin. cap. j. vbi de hoc argu.
f contra, 16. quæſt. j. quicunque [f] ¶ Clii. Poteſt monachis dare pri-
g uilegium de non dandis decimis [g], tam præteritis, quam præſen-
tibus, quam etiam futuris: extra, de priui. quia circa. & capitu. ex
h ore. & cap. cum olim. 16. quæſtion. 1. peruenit [h]. ¶ Cliii. Diſpen-
ſat cum filiis patronorum occidentium, vel mutilantium præla-
tum, quod ſcilicet poſſint in monaſteriis ad honores aſſumi. ex-
tra, de pęnis. in quibuſdam 23. quæſt. 8. ſi quis membrorum eſt.
& argumen. 17. quæſtion. 4. de fi. presbyt. non tamen expreſſe,
ſed per contrarium actum admittendo eos, videlicet ad electio-
i nem, & ad alios actus [i]. ¶ Cliiii. Cum criminoſo publice celebran-
te, prout not. ſecundum papam extra, de cler. pereg. c. 1. ¶ Clv.
Cum excommunicato miniſtrante, quo ad beneficium: ut ex-
tra, de cler. excommunic. mi. poſtulaſtis. reſpon. 1. & capitu. 1.
2. ſecundum Papam & dominum meum, qui hoc notauerunt,
extra. de tempo. ordin. dilectus. Sed ſalua eorum reuerentia,
Decret. poſtulaſtis. non loquitur iu hoc caſu: ſed loquitur quan-
do excommunicatus beneficium recepit: vt ſuprà. ver. 16 Item
21 præ. capitul. 2. ad hoc non facit. † ¶ Clvj. Poteſt diſpenſati-
k uè minuere pœnitentiam a papa impoſitam, [k] vt 50. diſtinctio.
accedens. 33. quæſt. 2. latorem. C. de epiſcop. & cleri. Authent.
interdicimus. ¶ Clvij. Ex cauſa poteſt abſoluere clericum ab
eccleſia, in qua ordinatus eſt, & eum in alia collocare. 74. diſtin.
quorundam. ¶ Clviij. Cum presbytero caſu ineuitabili ho-
micida, vt quidam dicunt: quod dic vt ſuprà. §. iuxta. verſicu. ſi
quando autem. ¶ Clix. Ne quis ad tempus teneatur in eccle-
ſia parochiali reſidere: vt in conſtit. Greg. X. de electio. licet ca-
l non. §. fin. lib. 6. infra. ver. proximo. [l] ¶ Clx. Vt quis deſeruiat
per uicarium in eccleſia parochiali dignitati annexa. vt extra, de
præben. extirpandæ: vt not. ext. de æta. & qualita. eam te. ſupra.
verſi. 60. ¶ Clxi. Cum eo, qui factus erat ineligibilis: quia re-
ceperat electionem per abuſum ſecularis poteſtatis factam: vt ſu-
m prà. no. [m] extra, de electio. quiſquis. Clxij. In caſibus qui ha-
bentur. 68. diſtinctio quamuis, & cap. cor. epiſcopi ¶ Clxiij. Vt
corpora ſanctorum transferantur de loco ad locum. de conſe. di-
ſtinct. 1. corpora & reliquiæ ex cauſa de eccleſia extrahantur, &
poteſt etiam inhibere, ne in ea diu na celebrentur. ext. de iure pat.
n cap. 2. & œconomum in ea ponere. ext de off. or cum vos [n] † Ge-
22 neraliter autem magna eſt epiſcoporum poteſtas. Nam non po-
teſt eccleſia fieri, niſi primò epiſcopus crucem ibi figat, atrium
deſignet, & primarium lapidem ponat. ead. diſtinct. nemo. Item
ipſe ſolus & ſuperiores poſſunt conſecrare, reconciliare, pœni-
tentias ſolennes imponere, indulgentiarum literas concedere,
de cauſis matrimonialibus cognoſcere, ordinationes facere,
o chriſma conficere. ext. de exceſſ. prælatorum, accedentibus. [o] 21.
quæſt. 1. interdicimus. ext. de pœniten. & remiſſ. cum ex eo. in fin.
de conſe. eccle. uel alta conſuluiſti & cap. aqua. 50. diſt. in capite.
Item quinquageſimam uel centeſimam dare. ext de do. Apoſto-
lice. 20. quæſtio. 2. bonæ. extra, de his, quæ fi. à præla. ſine con-
ſen. cap. paſtoralis. Item ſolenniter excommunicare. 11. quæſt. 3.
debent. Item literas dimiſſorias dare: aliter non ualet ordina-
tio ab alieno epiſcopo facta. 8. quæſt. 2. illud & cap. dilectiſſimi.
ext. de offic. arch. ut noſtrum. ubi de hoc. Item annulum porta-
re. extra, de ui. & hone. cleri. quod clerici. Item duos de canoni-
cis eccleſiæ ſuæ ſecum habere. extr. de cler. non reſiden. ad audien-
tiam. Item parochias limitare, & cœmiteria ordinare 13. quæſt.
1. eccleſias. & in præd. cap. paſtoralis. Item conſtitutiones in ſuis
diœceſibus facere. de conſec. diſtin. 1 omnes baſilicæ. 16. q. 7. om-
p nes. extr. de fer. c. fi. 12 diſt. catholica. [p] Ex quibus iuribus colligi-
tur, ꝙ omnes eccleſiæ ad eos pertinent. Item generalem ſynodũ
facere. 17. diſt. epiſcopus. ext. de maior. & obe. quod ſuper. Item
hæreticos condemnare. extra. de hæreticis. ad abolendam. §. 1. &
contra eos eos inquirere. eo tit. excommunicamus. §. fi. Nec hæc
q poteſtas ipſis adimitur, licet inquiſitio alteri committatur. ¶ Itē
eccleſias cenſuales facere. de iure pa. præterea. de cenſi. ſcientes.
Item inſtituere clericos, & deſtituere. ext. de fil presbyt. c. ex tua.
de inſti. ex frequentibus. de his quæ fi. a pręla. nouit. & alia plura:
nam ad eos ſingula referũtur: ut 25. di. perlectis ext. de off. archip.
23 vt ſingulæ. † ¶ Ipſi quoq; in multis ſunt priuilegiati. nam non in-
currunt ſententias excommunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti,
ſicut

## ADDITIONES.

a Species. ¶ Euchariſtiæ.
b c. fi. ¶ Tex. id non dicit, ſed gl. ſic.
c Infantes. ¶ In fronte. vide de ſacra vnc. cap. vno. ver. quia verò.
d §. fi. ¶ Dic vt de voto c. vno. lib. 6.
e Poſſeſsiones. ¶ Vide qđ dixi in præ. Decr. inter quatuor. in textu, & ſup j. gl.
f Quicunque. ¶ Solue vt ibi no. & de reli. domi. conſtitutus.
g Decimis. ¶ Epiſcopalibus, quæ conſiſtunt in quarta, de quibus loquitur De-
cret. quia circa. & vide ſ. ver. 86.
h Peruenit. ¶ Loquitur de decimis percipiendis.
i Actus. ¶ Puto ꝙ per hunc finem Gui. recedere voluit ab opi. Io. & ſequa-
cium. quas vide in Decr. in quibuſdam, in vl. gl. & ſuper ea.
k Impoſitam. ¶ Omnino vide quod dixi s. ti. 1. §. nunc oſtendendum. ver. 27.
in fi. Adde tu gl. notabilem, & ibi Arch. in c. tempora, 26. q. 7. Rom. in ſuis
ſing. in 3. col. 4. no. Io. Maria. Blon.
l Proximo. ¶ Facit etiam contra pœnam illius Dec. diſpenſationem ſuper
tardando ſacerdotio per ſeptennium, ſecundum formam Decre. cum ex eo.
de elect. lib. 6.
m Vt ſ. no. ¶ §. iuxta. B. ſub. ver ſunt quoque. verſi. 15.
n Cum vos. ¶ Adde caſum, quem ponit Decre. antiqua extrauag. Io.
o Accedentibus. ¶ Ibi ſatis tractaui ſuper ver. indulgentiarum, an electi con-
firmati indulgentias dare poſsint.
p Catholica. ¶ Iura melius facientia colligi de app. c. fi. li. 6. ſuper fi. vlt. gl. in
prin. & quæſtio ibi notabilis facit ad propoſitum.
q Committatur. ¶ Hoc eſt expreſſum de hæ[illegible] hoc. 1[illegible] bon. lib. 6.
[illegible] iuſtitia & [illegible]

a ſicut aliæ perſonæ: ext.de ſenten.excommu. quia periculoſum,[a]
Item aliter ꝓceditur ꝯ eos ꝯtumaces,quam contra alios:vt in con
b ſtit. Alexand.IIII de priuileg.quia pontificali.[b] Itē ipſi aliter iurāt
quam alii,nec teſtificari coguntur.ext.de iuramen.calum.c.fi. &
11.quæſt.1.nec honore.in auth.de ſanctiſ.epiſ.§. nulli.Item tem-
pore generalis interdicti poſſunt audire diuina, extr. de priuileg.
quod nonnullis.Item poſſunt ſibi quem volunt eligere confeſſo-
rem:vt ext.de pœni.& remi.c.fi. Item non coguntur ſubire iudi-
cium,niſi imperialis iuſſio præcedat,vt no.in Summ. Azon.in tit.
de epiſcop. & cleri. §. quod ſit.Item epiſcopalis dignitas liberat à
patria poteſtate.54.diſt.ſi ſeruus.& no.ext.de æta.& qualita.inde-
corum.Item quinque priuilegia habes in l.antiqua.11.q.1.quicū-
que.Item plures teſtes contra eum neceſſarii ſunt.2.quæſt. quar-
c ta.præſul.& c.ſeq.& in iuribus aliis ſunt priuilegiati.[c] ¶In his igi-
tur caſibus,qui expreſſi ſunt in iure,& ſimilibus,poteſt indubita-
te epiſcopus diſpenſare,& ius commune relaxare, ſed nō in aliis,
d qui non ſunt in iure expreſſi.ſecundū Gof.& Gul. Na.[d] & Io.de
e Deo,[e] & eorum ſequaces, Cum enim in præmiſſis caſibus ſit ei
conceſſum, videtur in aliis eſſe ꝓhibitum: vt ff. de his qui ſui uel
alie.iur.ſunt.l.1.& Inſti.eo.§. 1.Item cum epiſcopus adſtrictus ſit
canones obſeruare,vt ext.de iureiuran.ego & 100 diſt.optatum
3.diſt.c.fi.25.quæſtio.1.hac conſona.non debet contra eos face-
te, niſi expreſſe ſibi concedatur à iure;vt extra,de na. ex lib. uen.
cap.unico,extra.de ele.dudum.2.ibi:quod in aliis reprobare, &c.
24 32.quæſt.5.ſi Paulus.in prin.25.quæſtio.1.c.1.2.3.4.& 5.† Minor
enim non poteſt ſuperioris legem tollere.& 10.diſt.cap.1.nec de
f illa, ſed ſecundum illam iudicare tenetur. 4 diſtinction.in iſtis,[f]
¶Non ergo poteſt epiſcopus diſpenſare ſecundum eos, niſi ubi
inuenitur expreſſum,quod poſſit: argumentum extra, de iudic.
at ſi clerici.extra,de tempor.ordinand dilectus.de ſupplend ne-
gligen.prælator, Romanæ.50.diſtinct. miror.& hoc idem tenet
Innocen. IIII. dicens eum diſpenſare poſſe, ubi eius ei ſimplici-
ter diſpenſationem concedit: ut in præ decret. nuper & ext. de
cleri.excom.mi.cap.poſtulaſti. Si autem diſpenſatio ei non con
ceditur à canone, nunquam diſpenſare poteſt: vt dicitur in de-
cret.dilectus. Sed certe præmiſſa obiectio impertinens eſſe vi-
tur: nam diſpenſando in caſu non expreſſo in iure, non ob hoc
impugnat canones, vel eos tollit, niſi ei expreſſe a canonibus di-
ſpenſandi poteſtas interdiceretur in caſu, in quo diſpenſat. &
propter hoc Ioan.Lau.Hu. Tan B.& alii,quorum dictum com-
munius eſt, dicunt, ꝙ epiſcopus diſpenſare poteſt vbicunq; non
prohibetur,arg.ext.de hær. excommunicamus.§. ſane. de ſenten.
exc. nuper.& c.a nobis. & c. cum illorum.ext.de ſponſalib. cum
apud.16.q.1.ſunt nonnulli.ff.quib.ex cauſ.maior.l.nec non § 1.
Nam & Apoſtolus dicit:Omnia mihi licent. 11. q. 1. aliud. Nec
ob.præ.decret.at ſi clerici, prout ibi no. Vinc.autem dicit epiſco-
pum diſpenſare poſſe, ubicunque non prohibetur, & inuenitur
quandoq; per epiſcopum diſpēſatum fuiſſe. In aliis autem nouis
caſib. papa conſulendus eſt,ut dixi, & in illis intelligitur prohibi-
tum,qđ non inuenit conceſſum.ext.de tranſl.epiſc.c.inter. vt in
25 prę.c.dilectus.ſed hæc opinio parum diſcrepat à prima.† Sūt qui
dicunt non licere epiſcopo diſpenſare regulariter in his, q̄ perti-
nent ad generalem eccleſiæ ſtatum:vt in præ decre.dilectus. & e.
tit.ſane.& 14.diſt.ſicut.In criminib.autem, vt dicunt, ſemper di-
ſpenſare poteſt,niſi prohibeatur,& ſic poteſt intelligi prę.dec.nu-
per.Dom.meus dixit,ꝙ in his, in quib. mortale peccatum eſt ſm
legem diuinam,ſicut in furto & rapina.vt 14.q.5.ſi pœnale.diſpē
ſare non poteſt,nec etiam papa (vt aliqui dicunt) quo minus pœ-
nitentiam agat,& reſtitutio fiat.ext.de vſur.cum tu.& c. quæſt. ſi
quid inueniſti.& cap.multi.& quæſt 6.ſi res.In his vero, in quibus
mortale peccatum eſt ſecundum ius poſitiuum, & eſt epiſcopis
ſiue inferioribus a papa interdicta diſpenſatio, nullus diſpenſare
uel pœnitentiam præſtare poteſt:niſi ſolus papa, uel is cui ſpecia-
26 liter commiſerit:ſi vero non eſt interdicta,tunc poteſt.† ¶ Pro-
hibetur autem epiſcopus diſpenſare cum homicida. 50. diſtinct.
miror. Item cum filiis illegitimis, quoad dignitates perſonatus
& beneficia curam habentia animarum: vt ĩ.ver.utrum.Item cū
minore 14. ann. ad dignitates,vt s̃. ver. 53. Item cum corpore
vitiatis.55 diſtinct.ſi quis. argumen.tamen contrà, extrà, de cor-
g pore vi. ſignificauit.[g] Item cum bigamis & viduarum maritis ex-
trà.de biga.cap.1.34.diſtinct. lector. s̃.§.iuxta. ver contrahitur.
Item cum eo qui duas vxores de facto duxit, uel qui ſecundas
nuptias de facto contraxit.eod.titu.nuper. Item cum presbytero
ſecundas nuptias benedicente:vt extrà,de ſecundis nup. capitulo
primo.Item cum faciente duellum, ex quo mors vel membri de-
bilitas eſt ſecuta:& cum eo,qui facit duellum tale fieri:vt ſupra,
verſiculo nono. Item cum eo qui de iniuſta excommunicatio-
ne conqueritur in iudicio ſeculari vigeſimaprima, quæſtione,
ultim.capitulo pen. Item cum ſimoniaco in ordine: ut s̃. titul. 1.
§.nunc oſtendendum.uerſicu. 23.Item cum infamibus. 2.queſt. 3.
Euphemium.§.hinc colligitur. vbi de hoc & s̃ notandum. Item
vt quis in una [illegible] cat duas præbendas. extra, de conceſſ.

h prębend. literas.[h] Item cum penitus illiteratis, ut clerici fiant:
& cum ſolenniter pœnitētibus.§. ver.27. & ſequen.Item cum ſer
uis & obligatis certis conditionibus. vt 50. diſtinctio. non confi-
dat 54.diſtinct.per totum Item cum obligatis ad ratiocinia.præ-
ſtanda ext.de aboli. ad ratiocinia. capitul. vnico. ſeruata tamen
diſtinctione, quæ ibi not. Item quod ſine aliquo temporis inter-
uallo quis ordines maiores aſſumat:vt in prę capitul. non confi-
dat. ſecus de minoribus: vt ext. de tempo.ordin. de eo. Item in
his, quæ ſunt maiora adulterio. ext. de iudiciis. at ſi clerici.§.de
adulteriis. Item non poteſt mitigare uel diſpenſare canones pœ-
nam depoſitionis uel ſuſpenſionis in enormibus criminibus indu
centes. 50.diſtinct.miror.12.quæſt.2.de viro.ext.de accuſa.inqui-
ſitionis.Reſponſo.1.de quibus no.ext.de elect.nihil.& in Reper-
torio ſub ti.de pœnis.in rub. caſus totius iuris, in quibus promo.
deponitur. ¶ Item nec in criminibus, in quibus poſt peractam
pœnitentiam impeditur executio officij: quę enumerantur ſup.
§.iuxta.uer. ſunt quoque. Niſi forte inueniatur ei expreſſe per-
miſſum: vt in prę. decret. at ſi clerici. tales enim quantumcunq;
pœniteant.cum regulariter priſtino ſtatui reſtitui nequeunt, niſi
cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum. ext.de tem-
po. ordin. capitul. fina. 35. diſtinctio. primum. 48. diſtinct. quo-
niam.50.diſt.illud.& c.miror.1.quæſt.7.ſi quis omnem.6.q.1.qui
crimen.Item non chriſmat,ſeu confirmat,niſi pueros ſuæ iuriſdi
ctionis.ext.de relig.do.cap. 1. Item prohibetur diſpenſare cū nō
ordinato miniſtrante,vt ad ordines ſuperiores aſcendat: ut ſupra
ver.18. Itē non diſpenſat, vt aliquis vna & eadem die plures ordi
nes ſacros recipiat:ſed ſi ſuſceperit ab alio, non prohibet diſpen-
ſare

## ADDITIONES.

a Periculoſum. ¶ De excommunicatione non eſt verum: vt ibi not.in glo. ſecus. ſed vt ſuper ea ſcripſi poſt Hoſtien. à principio, bene fuerat ibi de excommunicatione prouiſum, ſed poſtea ſublatū, & hoc excuſat Gul. qui decretalem ſam forte non vidit.

b Pontificali. ¶ Quæ habetur de off.deleg.c.2.lib.6.

c Priuilegiati. ¶ Adde caſum altaris viatici, de priuile.capitul.vltim.libr. 6. & quod etiam religioſi familiares eorum ſe poſſunt eis in officio coaptare: vt in clem.de celeb. miſſ. dignum. & adde quod habes in cle. de priuile. capitulo ſecundo.§.1.vbi priuilegiantur de celebratione diuinorum.& benedictione populi in locis exemptis: & vides quòd auctor diuiſit hæc priuilegia ab aliis, quæ poſſunt epiſcopi: per quod dici poſſet, quòd quicquid hodie eis licet, quod de iure veteri non licebat, poteſt inter priuilegia computari: per quod cadit exemplum clem.de foro competen.quamuis. in eo quòd epiſcopi expulſi ſedere poſſunt in diœceſibus alienis contra expulſores, & fautores, & inter ſubditos: & in eo quod ſtatur aſſertioni ipſorum in §. ſanè. Item in eo quod ſupplent negligentiam exemptorum, & certas prouiſiones faciunt contra illos.de ſup.neg.prælato.capitulo primo.non tamen id faciunt iure ſuo, ſed auctoritate Apoſtolica, cui conueniunt duo iura vetera, duo Sexti, & alia duo Clementinarum: ibi not. ſuper verſi. Apoſtolica. Securitati etiam ipſorum multum prouidit decret.ſi quis ſuadente. de pœnis. ¶ Sed ſtudentibus dando meditandi materiam, quæro an beneficium decr. cum in cunctis. de elect. ver. cum verò. locari debuerit inter prima uel ſecunda. Quæſtio videtur expedita per id, quod dixi poſt Hoſtienſ. de præbend. de multa. ſuper 3. gloſſ. in princip. qui uocat hoc priuilegium. Si carens apparatu Hoſtien.mihi non credit, videat in Summa. de electio. §. quo tempore.ver. quid ſi ante. & in verſi. præ. & omnes, qui aſſerunt hoc in epiſcopo ſpeciale, ſatis includunt hoc eſſe tale. propter hoc ſcripſi ſuper præ. gloſ. abbates. ibi non participare. de benedicendis loquor: quia de aliis non eſſet quæſtio. Non enim omnes benedicuntur: vt in Cle. de ſtatu monach. attendentes. §. ſtatuimus. & quod ibi not. ad hoc quod non participent. facit decret. ſanè. de priuileg. cum concor. primæ glo. Siue igitur expectetur benedictio, vt in abbate tali: ſiue ordo, vt in archipresbytero ſacerdotium: in archidiacono diaconatus, defectus horum, quæ neceſſe eſt recipi, non retardat vocationem priorum in habente poſſeſſionem: & quoad abbatem ſatisfacit. 16.q.1.presbyteros, & ſatis ſcripſi ſuper gl. prædicta. ibi vide.

d Gulielmum Na.† ¶ Super decr.at ſi clerici.

e Io.de Deo. ¶ Vbi de diſpenſatione epiſcoporum, in prin.

f In iſtis. ¶ Et in cle.de ele.ne Romani, in prin.

g Significauit. ¶ Ibi ſponte ſe abſciderat. Vide tamen qđ ibi no. in vlt.gl. & ꝙ ſuper ea ſcripſi. Adde ver.item cum infamib. Bal.conſi.351.3. vbi ponit, ꝙ clericus tabellio ab officio remotus propter crimen falſi, non poteſt per epiſcopum reſtitui.

h Literas. ¶ Vel quòd quis. ſit triplex in certa eccleſia: quod dic, vt de conſue. capitulo primo. libr. 6. uel quòd monachus habeat adminiſtrationem uel officium alterius monaſterii: vt in proprio plures prioratus uel curatas eccleſias. quod dic ut de præbend. cum ſingula. libr. 6. ¶ Adde, de monacho, quæ ſcripſit Petr. de Ancha. conſil. 56. Et an epiſcopus poſſit diſpenſare in duabus eccleſijs curatis: dic quòd ſic, ſecundum Federic. conſil. 11. qui refert Innocen. & Hoſtienſ. ita tenere: & illud uerum, ſi ſint pauperrimæ. Item poteſt epiſcopus diſpenſare, ut quis obtineat archipresbyteratum & canonicatum in eadem eccleſia, ſi neceſſitas uel utilitas eccleſiæ ſubſit, vel maxima prærogatiua perſonarum, prout conſuluit Fede. conſil. 206. incip. Reuerende pater.

ſare cum illo. prohibetur etiam diſpenſare cum ordinatore & or
dinato ext tempora ſtatuta: quæ dic vt ſ. ti. 1 §. nunc oſtendendũ.
ver. 52. & ver. 53. & cũ illo, qui ex quatuor t pa, uel alias illicite or
dinatus eſt, & ante diſpenſationem obtentam miniſtrat. argu. 52.
diſt. ſolicitudo & ar. ex. de ſacr. non ite c. 1. Alij dicunt, ꝙ epiſco-
pus poteſt diſpenſare cum tali. 9 q. ſecunda. Lugdunenſis. extrà,
de temp. ordi. conſultationi. niſi interdicta eſſet ei ab homine exe
cutio, vel ab eo ſuſpenſus eſſet: & poſtea celebraret: argu. eo. titu.
cum quidam, & c literas. & c. dilectus. in fi. ſ. § iuxta. poſt uer. nun
27 quid ergo. ibi, quidam tamen dicunt ꝙ. † ¶ Item vbi papa, vel
alius de ipſius mandato aliquem ſuſpendit, nullus ꝯ ipſius ſenten
tiam poteſt diſpenſare, vel eam relaxare. 21. diſ inferior. extra, de
a maio. & obedien. cum inferior. arg. contrà. ſ. verſi. 156. [a] Item nõ
diſpenſat cum ordinato ſine diſpenſatione, qui canonicum habe-
bat impedimentum. 81. diſt. ſi quis ſine examinatione. Item cum
religioſo vel plebano leges vel Phiſicam audiente ſ. tit. 1. §. nunc
oſtendendum uer. 86 Item vt uni eccleſiæ duo æqualiter præſint.
21. q 2. c. pe. quia hæc res monſtruoſa eſſet. ex. de off. ord c quo.
niam in pleriſq;, Item cum ſuſpenſo in ꝯcilio p. p. inordinatã col
lationem beneficiorum, in quo caſu ſolus papa, & 4. principales
patriarchæ diſpẽſant: vt ext. de præb graue. in fi. ¶ Item generali-
ter non diſpenſat in his, q̃ ſedi Apoſtolicę in priuilegium ſpecia-
le reſeruant, in quib. papa ſolus diſpenſat: vt ext. de conſangui. &
affini. non debet. & c quod dilectio. 35. q. 3. quod ſcripſi quæ no.
in præ §. nunc oſtendendum. nec in his, in quibus papa diſpenſare
non poteſt. quæ no. j. §. nunc breuiter. ¶ Verum vt tanta opinio-
num diuerſitas ad concordiam reuocetur quoniam promptũ eſt
iura iurib. ꝯcordare. C. de inoff. do. l. vnica. & ar. extra, de reſt. ſpo.
literas. & 29. diſt. per totum, & extr. de deci. c. 1. dici poteſt, ꝙ in
adulterio, & in his, quę ſunt illo minora, põt ſemper epiſcopus di
ſpenſare, niſi expreſſe prohibitum inueniatur: vt in præ. decr. at ſi
clerici. § de adulterijs. Et ſic poteſt intelligi opi. Io. & ſuorũ ſequa
cium, & iura pro parte illa inducta: in maioribus. verò adulterio
nunquam diſpenſare poteſt, niſi vbi inuenitur expreſſe conceſſũ:
vt ſ. §. diſpenſatio ver. ſcias. & ſic poteſt locum habere opin. Goff.
Vin. & Papæ & aliorum: & hoc puto ſimpliciter eſſe uerum, &
aperte probatur de pœ. diſt. 6. c. 1. in fi. vbi dicitur. ꝙ pontifex nõ
cogitur ſuos ſacerdotes ſemper abijcere, nec mox reſtituere, niſi
ſtatutum fuerit à Romano pontifice. Vel dici poteſt, non licere
epiſcopo diſpenſare in faciendo: vt uidelicet aliquid faciat ꝯ ca-
nones, niſi vbi hoc ei à iure permittitur: vt in præ. decre. dilectus. ex.
de conſt. cap. 1. & niſi contraria conſuetudine & præſcripta ſit eis
derogatum. ut ext. de conſu. c. fi 4. diſt. in iſtis temporibus §. leges.
28 11. q 1. quicunque. & c ſequen † ¶ Conſuetudo enim facit diſpẽ
ſationem valere, quæ aliàs non valeret. ar. ext. de cele. miſſ. perni
cioſus. cum ſuis ꝯcor. & er. ext. de tranſa. c. fin. & j §. ſunt quoque,
ver. 2 Et ſic intelligi poteſt opi. Gof. & Papæ. & ſequacium ſuo-
rum. Super eo autem, quod iam factum eſt, diſpenſare põt, ut to-
leretur, niſi prohibeatur: vt in præ. decr. nuper. ar. ad hoc. 22. q. 5.
hoc videtur. & ſic p̃t locum habere opi. Io. & Vin. idem eſt in his,
quæ omiſſa ſunt: ut ext. de ſac. vnc c. vnico. & de ſacr. non ite c. j.
& 2. Poteſt & aliter diſtingui ſecundum magiſtrum P. de Sampſo.
quondam noſtrum canonicum Narbon. Nam refert, an uelit epi
ſcopus diſpenſare contra canones, qui non inducunt irregularita
tem: an vero ꝯ illos, qui eam inducunt. In primo caſu dicit hoc
ſic non licere: uerbi gratia: Canones prohibent aliquem una die
ad plures ſacros ordines promoueri: & hoc non eſt propter irre-
gularitatem, ſed ut temporum interſtitia à canonib. diffinita ſer-
uentur. in hoc enim caſu epiſcopus diſpenſare non poteſt, cũ hu-
iuſmodi diſpenſatio ei a canone minime ſit permiſſa: ut in d. c. di-
lectus. Item prohibetur epiſcopus de eccleſia ad eccleſiam tranſi-
re ſine licentia domini Papæ: & hoc non eſt propter irregularita-
tem, ſed quia dominus Papa hoc ſibi in ſpeciale priuilegium re-
ſeruauit: vt ext. de tranſla. epiſc. cap. 1. unde in hoc caſu archiepi-
ſcopus cum ſuffraganeo diſpenſare non poteſt: ut ibi. & eod. titu.
inter corporalia. nec etiam legatus: ut ext. de off. lega. quod tran-
ſlationem. Sed contra hoc facit. Nam prohibitum eſt beneficium
cum cura conferri patienti defectum in ætate, uel in ordinib. ſed
ſi fiat, nulla ſequitur ex hoc irregularitas: & tũc poteſt per epiſco-
pum diſpenſari: ut ext. de æta. & qualita indecorum. & ca. præte-
b rea. [b] Si autem uelit epiſcopus diſpenſare contra canones, qui ir-
regularitatem inducunt: dicit ſubdiſtinguendum eſſe. Nam aut
irregularitas prouenit ex defectu, aut ex delicto. ſi prouenit ex
defectu, ut quia contraxit quis cum: uidua, uel corrupta, uel ha-
buit duas uxores, uel alias effectus eſt bigamus: tunc, ut dicit, epi-
ſcopus diſpenſare non poteſt: ut ext. de biga. ſuper eo. & c. nuper.
Sed contra. Nam diſpenſat quandoq; cum mutilato. ext. de cor-
po. uiti. cap. 1. & cum patiente defectum in ordinibus. ext. de æta-
te. & qualitate. tuam. & tamen hæc eſt irregularitas prouenięs ex
defectu. 51. diſt. qui in aliquo. Si uerò proueniat ex delicto, ite-
rum ſubdiſtinguitur, quia aut ex proprio, aut ex alieno. Si ex pro-
prio, poteſt, vt dicit epiſcopus diſpenſare in adulterio, & in aliis
quæ ſunt minora: ut in præ. dec. at ſi clerici. non autem in maiori-
bus, niſi ubi hoc inuenitur expreſſum: ut ſ. quia ex quo conceditũ
de minoribus, negatur per conſequens de maioribus. 25. diſtinc.
qualis. ext de præſum. nonne de tranſla. c. 2. §. ſed neque. uerſi. &
quod non eſt. Sed certe quandoque poteſt in maioribus, & quan
doq; prohibetur in minorib Si autem ex alieno, tunc ut dicit, epi
ſcopus poteſt diſpẽſare in maiorib. criminib. quam ſit adulteriũ:
vt patet in crimine ſimonię. j. q. 5 c j. & fi. q̃d eſt maius adulterio;
vt ext. de ſimo. tanta. & c. licet Heli. & c. per tuas. Si. n aliquis tuus
amicus te ignõrante per pecuniam tibi beneficium acquirit, uel
te ad ordines præſentat, poteſt epiſcopus poſt tuam liberam reſi
gnationem tecum diſpenſare: quamuis in dignitate taliter acquiſi
ta diſpenſare non poſſit, vt 1. q. 5 c. 1. & fi. ext. de ele. c. pe Sed con
trà: quia filius presbyteri ob delictum patris, & non ſuum, punit.
56. diſtin. naſci. & tamen cum tali non diſpenſat epiſcopus: vt ext.
de fil. presby. c. fi & c. 1 ¶ Sed quæritur, ſecundum eum, quare
epiſcopus diſpenſat contra canones irregularitatem inducentes,
& non contra alios: cum potius videatur contrarium eſſe dicen-
dum? Reſpon. in canonibus irregularitatem inducentibus, ideo
diſpenſat epiſcopus, quia tempore diſpenſationis ceſſat cauſa cõ-
ſtitutionis. Criminoſus enim non prohibetur promoueri, niſi ꝓ-
pter crimen, quod commiſit: ſed cauſa eius conſtitutionis ceſſat
poſt pænitentiam ab eo peractam: ut 50. diſt. ferrum. & c. domino
ſancto. ibi: age pœnitentiam & prima opera fac. de pœ. diſt. 1. mi-
ror autem. Vnde meritò poteſt epiſcopus diſpenſare: quia ceſſan
te cauſa, ceſſat conſtitutio: vt 9. quæſ. 1. ordinationes. ubi dicitur.
Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnaq; neceſſitate co-
gente hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus:
nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus, ſed
obtineant proprium robur: & ceſſante neceſſitate, illud quoque
ceſſet, quod factum eſt pro neceſſitate, ad idem ext. de app. cum
ceſſante 1. q. 7. quod pro remedio. Sed in canonibus, qui non indu
cunt irregularitatem, nunquam poteſt ratio conſtitutionis ceſſa-
re. Et ideo nec conſtitutio ceſſare poteſt: ut 1. q. 7. & ſi illa. Nun-
quam enim ceſſare poteſt cauſa illa, quæ prohibet epiſcopum
transferri ſine licentia papæ: quia illa eſt ſpeciale priuilegiũ Apo-
ſtolicæ ſedis, ut dixi Priuilegia enim ſemper durant: vt 25. q. 2. c. j.
& 2. & 50 diſt. c. quicunq; el 2. Sed nunquid cum clerico ꝯdemna
to põt epiſcopus diſpenſare? De hoc. ſ. ti. 1. § nunc oſtendendum.
ver. 9. ¶ Sed cum ep̃s diſpenſet circa ætatem & ordines, & circa fi-
lios ſacerdotum, quoad ordines, & circa corpore uitiatos, & in
adulterio, & minorib. criminib. & in plurib. aliis vt ſ. patet, qua-
re non eodem modo diſpenſat cum defectum patientibus? Reſp.
quia crimina per pœnitentiam abolentur: vt 2 q. 3. Euphemium.
§. hinc colligitur. irregularitas uero nõ tollitur: vt 26. diſt. acutius.
& c. deinde. Item irregularitas ex delicto proueniens ex accidẽti
eſt: ſed proueniens ex uitio originis eſt naturalis Ad hoc Inſti. de
c iu. natu. gen & ci §. ſed naturalia. ſecundum Goff. [c] † ¶ Sed pone,
29 clericus accuſatus probato crimine contra ipſum ante ſenten-
tiæ prolationem probat de illo crimine pœnitentiam egiſſe: & iõ
petit ſecum ꝑ epiſcopum diſpenſari: q̃ritur vtrum ep̃s accuſato-
re inuito ſecũ poterit diſpẽſare? De hoc j. de abol. & pur. §. 1. uer.
d ſed cũ. [d] ¶ Sed nunq̃d cum accuſatore deficiẽte in ꝓbatione pote
rit ep̃s diſpenſare? Rñ. non. quia ille non egit pœnitentiam de ca-
lumnia, quæ ꝯ ipſum pręſumitur, vt dixi: unde ſecum diſpenſari
non d̃et. 24. q. 2 legatur. extr. de iud at ſi clerici. ad fi. a contrario
ſenſu. Sed ſecus eſt in accuſato probante pœnitentiam ſe egiſſe,
vt dixi. ar. bonum. 50. diſt ſi quis presbyter. & c. ſi quis diaconus.
Claudicare ergo uidetur hoc iudicium contra iura. extr. de exce.
cum inter. ſed non eſt ita, vt dixi & iũge hic q̃d no. j. § poſtremo.
30 ver. hoc ẽt nota. † ¶ Sed nũquid poteſt epiſcopus, uel legatus de
latere cum excommunicato uel interdicto celebrante diſpenſa-
re? Videtur quod ſic, ſi monitus velit abſtinere: vt 11. q. 3. de illis.
extra, de cleric. excom. miniſt. clerici. ibi. n. non retinet papa ſibi
e ſpecialiter diſpenſationem. [e] Præterea legatus gerit vices domini
papæ: vt d. §. nunc oſtendendum. verſi. legatus igitur. & obſoluit
excommunicatos, quorum abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſeruatũ:
vt ſ. §. nunc dicamus. uer. circa. Sed dic ꝙ nec epiſcopus, nec lega
tus, nec etiam ſynodus, diſdenſare poteſt cum excõicato maio-
ri excom-

## ADDITIONES.

a Verſi. 156. ¶ Ibi remiſſionem dedi, per quam ſoluitur hoc contrarium.
b Præterea. ¶ Vide ſ. uer. 53.
c Secundum Gof. ¶ Non eſt uerum, ꝙ Gof. ſic formauerit quæ. ſed erat eius quæſtio, quare in criminib. diſpenſabat. & non in defectu natalium, quam no ta per eum: de fi. presb. c. fi. Vide in Summa ipſius ti. uer. pe. & ſic eam poſui eo. ti. c. 1. lib. 6. 2. reſpon. in gl. 2.
d Sed cum. ¶ Et vide quod dixi de iudi. at ſi clerici. ſuper ver. poteſt cum ſua remiſſione. ¶ Adde uer. ſeq. ꝙ contrarium tenent Car. & Abb. in c. at ſi clerici. in pe. col. de iudi.
e Diſpenſationem. ¶ Omnino uide quod ibi ſcripſi ſuper 1. gl. ubi etiam inuenies quid ſeruetur circa lega. tia &

ri excommunicatione, vel cum ſuſpenſo ſeu interdicto celebran
te ſcienter. 11. q. 3 ſi quis epiſcopus damnatus. & c. ſeq. & c. placuit
extr. de cler. ex com. mi. illud. ext. de eo, qui fur. ord. ſuſ. c. 1. & 2 q.
5. qua de cauſa. Sed ſolus papa in hoc diſpenſat, ut ext. de ſen. ex-
com. cum medicinalis. §. fin. & de re iud. cum æterni. lib. 6. Talis
enim irregularis eſt, & ab officio & beneficio remouendus: vt ext.
de cle. excomm. mi. latores. & ferè per totum. & dixi ſup §. iuxta.
verſi. item nota ꝙ ſuſpenſus. & ſeq. Si autem probabiliter ignora
uerit ſe excommunicatum, vel ſuſpẽſum, nullam incurrit irregu-
laritatem celebrando. ext. de cleri. excom mi. Apoſtolicæ. Poteſt
tamen epiſcopus diſpẽſare, quo ad pœnitentiam imponendam
cum excommunicato, vel ſuſpenſo miniſtrante: vt in præalleg. c.
de illis. ¶ Fuerunt autem, qui dixerunt ꝙ in omni excommunica-
tione, de qua poteſt epiſcopus abſoluere, poteſt etiam diſpenſa-
re, ſi taliter excommunicatus celebrauerit, vel ordines receperit.
argum. ext. de off. deleg. præterea. quod indignum eſt recitatione.
¶ Vtrum aũt cum illegitimis valeat epiſcopus diſpenſare, dubita-
a ri conſueuit.[d] Super quo dicunt quidam ſolum papam poſſe di-
ſpenſare cum illis: nec inueni, quod epiſcopus diſpenſet cum eis:
vt ſ. ver. prohibetur autem. ibi Item cum filijs illegitimus. Tu ve-
rò dic, ꝙ aut illegitimus religionem ingreditur, aut in ſeculo re-
31 manet. † Si religionem ingredit̃, tunc de iure communi ſine diſpẽ-
ſatione aliqua poteſt ad ordines promoueri: vt ext. de filijs preſ-
by. c. 1. cum ſuis ꝯcor. Ad honores verò promoueri ſine diſpenſa
tione non poteſt: vt in eo. c. ibi, prælationes uero, &c. & e. ti. c. fin.
Et vbi neceſſitas imminet, poteſt ſuus prælatus diſpenſare cum il-
lo, quo ad dignitates perſonatus, & beneficia cum cura, & quo ad
ordines ſacros, ſm dom. meum, & ar. ext. de apoſta. ex literarum.
ext. de pœnis. in quibuſdam. ad fi. in authen. col. 1. de monachis. in
prin. Ipſe idem Tan. notat. ext. eo. c. fin. & no. ꝙ quo ad præmiſſa
tria non prodeſt ingreſſus religionis, vt epiſcopus valeat diſpenſa
re: vt eo. tit. c. 1. Si verò remanet in ſeculo, epiſcopus poteſt cum
eo diſpẽſare ex magna cauſa, vt promoueatur ad ordines ſacros.
ar. ext. e. c. veniens. & c. propoſuit. & ad beneficia minora ſimpli-
cia. ar. e. ti. cum decorem. & c. ad abolendam. Quoad prælationes
aũt & dignitates, & pſonatus, & alia beneficia curam animarum
habentia, ſolus papa põt diſpenſare cum eo ext. de fi. presb. c. fin.
vbi prohibet̃ epiſcopus diſpenſare in pſonatib. & dignitatibus &
aliis beneficiis cum cura. Vnde per conſequens vr̃ concedere, de
ordinib. & ſimplicib. beneficiis: quia quod de uno negat̃, de alio
conceſſum eſſe vr̃. 25. diſtinct. qualis. ff. de iudi. cum prætor. ext. de
præſum. nonne. ¶ Quod autem ſolus papa diſpenſet in prædictis,
probatur eo. ti. ex tua. & c. ad abolendam. & c. pen. Sed videtur ꝙ
nec quo ad ordines, nec etiam quo ad ſimplicia beneficia poſſit
32 cum tali epiſcopus diſpenſare; vt eo. tit. c. 1 † Sed ubi ius commu-
ne ſtatuitur, diſpenſatio tamen non negatur. Item ꝯ, eo ti. literas.
vbi Papa cum tali diſpenſat in clericatu. Sed dic, ꝙ licet ipſe diſpẽ
ſet, pp hoc alios diſpenſare nõ uetat. Vel expone ibi, pmittimus,
id eſt permiſſum eſſe declaramus. ꝙ ſi forte epiſcopus diſpenſati
ue illum ordinauerit, tenet̃ ei beneficium aſſignare: ut in pre. c. ve
niens. & ca. propoſuit. & ſi aſſignauerit, non poteſt illi auferre: ut
ext. de cle. coniu. diuerſis ad fi. Et dixerunt quidam, ꝙ epiſcopus
diſpenſat cum illegitimo in ſeculo remanẽte, quo ad minores or-
dines, & ſimplicia beneficia ex meritorum prærogatiua: ut 50 diſ.
c. fi. Si autem tranſit ad religionem, diſpenſat cum eo, quo ad or-
dines ſacros, ſimiliter ex meritorum prærogatiua: ut ibi. Tu dic, ꝙ
imò ipſo iure diſpenſat: vt eo ti. c. 1. & etiam quo ad beneficia cũ
b cura: ſed hoc ex neceſſitate.[b] Sed cum epiſcopus diſpenſet cum
adultero & minus criminoſo: vt ext. de iud. at ſi clerici quare non
diſpenſat cum illegitime nato? Reſp. in odium parentum, ſecun-
c dum Gof.[c] Tu dic, vt ſ. uer. ſed cum epiſcopus. † ¶ Curia uero Ro
33 mana tenet, ꝙ nullus præter papam poteſt diſpenſare cum illegi
timo ſeculari, quo ad curam, & quo ad ordinem ſacrum. Item cũ
natis de religioſo, uel de adulterino, uel inceſtuoſo coitu, ſedes
Apoſtolica non de facili diſpenſat: niſi ad religionem tranſeat. ar.
ext. de ſer. non ord. conſuluit. & facilius diſpenſat cum nato ex ſo
luto & ſoluta, quam cum nato ex coniugato & ſoluta, uel ecõuer
ſo. ¶ Quo ad epiſcopatum autem, indubitatum eſt: quia nullus
præter papam diſpenſare cum illegitimo poteſt: ut ext. de elec. in-
notuit. Nam ſi ſibi reſeruat diſpenſationem in dignitatibus & per
ſonatibus, multo fortius in epiſcopatu. Quid ſi electus in epiſco-
pum tacuit hunc uel alium defectum, & confirmatus eſt: poſtea
uero diſpenſatur cum eo? Reſpon. no. papam in pre. c. innotuit, &
ext. de renun. niſi. § perſonæ. tenere ꝙ factum eſt, ut in § perſonæ:
dum tamen is, qui diſpenſat, poteſtatem habuerit conferendi di-
gnitatem illam, in qua diſpenſat, ſicut papa: ſecus ſi non habuerit.
Alii dicunt, ꝙ ſiue is, qui diſpenſat, habeat poteſtatem conferen-
di beneficium, in quo diſpẽſat, ſiue non, licitè tenet, ex quo diſpẽ-
ſatum eſt: ſi ille tamen poteſtatem habet diſpenſandi: & ſic diſpen
ſatio, quod de iure non tenet, validum facit, & accedit ex. de cor.
viti. expoſuiſti. Nec electores, nec confirmator reſilire poſſunt, ſi
is. qui poteſt diſpenſare, vult. ar. ex. de elec. cum inter canonicos.

in fin. & de poſtu. præla. bonæ 2. §. fi. & ar. ext. de prob. per tuas §.
pe. in fi. & j. §. pe. uer. non eſt. Sed ſi duo ſunt electi, non poteſt cũ
vno in alterius præiudicium epiſcopus diſpenſare: nec poterit
electionem quæ nulla eſt, reddere validam: prout no. ſecundum
d Papam; ext. de elect. dudum. 1.[d] † ¶ Cæterum prohibetur illegiti-
34 mus[e] ſuccedere patri ſuo immediate in beneficio paterno: tamẽ
e archiepiſcopi & epiſcopi in hoc diſpenſare poſſunt ſecundũ fra-
f trem R. de Pennaforti.[f] extra, eo. ex tua. ubi reſpondetur ad con-
ſultationem. vnde patet ꝙ loquitur de iure cõmuni. Goff. tamen
contra, ar. pro eo, eod. titu. veniens. quia hoc eſt contra Apoſto-
g lum, vt eo. titu. ex tranſm. in fin. 7. q. 1. Apoſtolica.[g] Tenet etiam
dom meus, ꝙ in hoc legatus ſedis Apoſtolicæ diſpenſare non po
teſt: ut eo. titul. dilectus. quod dicit Ber. uerum eſſe, niſi ſit legatus
de latere cardinalis: quia ille hoc bene poteſt ſecundum eum. quod
non puto: quia hæc eſt prohibitio concilij generalis: vt eo. titu. ad
abolendam. quod legatus tangere non debet: vt ſ. § nunc tracte-
h mus. uer. de illo.[h] Et no. quod diſpenſationes ſuper natalibus uel
irregularitatibus ſecundum curiæ ſtilum committuntur diœceſa-
i nis.[i] ¶ Sed quis diſpenſet in ſimonia, uel in iuramento? De hoc
ſ. titu. 1. § nunc oſtendendum. uer. 23. & uer. 24. De diſpenſatione
in homicidio, no. ſ. §. iuxta. uer. & per quem iunge hoc quod no.
j. §. poſtremo.

## ADDITIONES.

a Conſueuit. ¶ Tene quod habes de filijs presbyt. c. 1. lib. 6.
b Neceſſitate. ¶ Vide j. §. ſunt quoque. verſ. 3.
c Secundum Gof. ¶ Vide quod no. de fil. presby. c. 2. lib. 6. in 3. gl.
d Dudum. j. ¶ Vide quod ibi dixi ſuper glo. talis electio. & in remiſſionib. ibi datis in fi.
e Illegitimus. ¶ Et etiam legitimus. de fil. presby. ad extirpandas.
f Pennaforti. ¶ In Sum. de fil. presby. in 1. col.
g Apoſtolica. ¶ Opiniones plenè vide notatas de fil presby. c. 1. li. 6. 1. reſpon in ſin.
h De illo. ¶ Illud idem dicit B. & eadem ratione: vt patet in præ. decre. dilectus. in fine. 2. gl. ſed excuſatur Gul. quia non vidit finem illum, qui fuit additus. & uide quod dicam j. §. proxi. ſuper ſecundo uer.
i Diœceſanis. ¶ Sed quis diſpenſat in ſimonia uel in iur̃o? De hoc ſ. ti. j. §. nũc oſtendendum. verſic. 23. & uerſic. 24. De diſpenſatione in homicidio. no. ſ. §. iuxta. verſi. quando & per quem. & iunge hic quod no. j. §. poſtremo.

## ADDITIO NOVA.

* Nota ꝙ epiſcopi non poſſunt diſpenſare ꝯ iura quę ipſi idem faciunt, nec etiã ꝯ approbatas conſuetudines. licet poſſint illa tollere, & interpretari. ex quo legem fecit epiſcopus uel conſuetudinem etiam ius alicui eſt quæſitum, ex illo iure non poteſt ei ius quæſitum tollere. & hoc etiam tenet Inno. de temp. ordinan. in c. dilectus. & etiam additio noua. Inno. ita no. Arch. in c. licet. ſuper uerbo carere. circa medium gl. mag. extra, de ele lib. 6. Adde, an epiſcopus poſſit diſpenſare cum monacho translato ad eccleſiam parochialem, ꝙ cum illa poſſit habere beneficium non curatum? Io. And. in nouella in regu. quæ a iure. de reg. iu. in 6.

## ¶ De diſpenſatione legati.

### SVMMARIVM.

1 *Cardinalis legatus de latere poteſt circa diſpenſationes quicquid poteſt epiſcopus, vel archiepiſcopus, vel primas ſeu patriarcha.*
2 *Legatus diſpenſare non poteſt, ut nouitius, vel homo alterius profeſſionis fiat abbas.*
3 *Diſpenſare poteſt legatus cum illegitimo, vt patri ſuo ſuccedat immediate in eodem beneficio.*
4 *Diſpenſandi poteſtas tranſit in generali mandato legationis.*
5 *Diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda, nec faciliter diſpenſatur alienigenæ, &c.*
6 *Prior uel abbas iurans non alienare ſine conſenſu diœceſani epiſcopi, uel alicuius abbatis intra legationem conſtituti quid iuris?*
7 *Abbas quidam in Thuſcia ſi iuret non alienare ſine licentia abbatis montis Caſſini in Apulia, cui ſubeſt, an legatus in Thuſcia poteſt diſpenſare cum tali iuramento.*

6. §. Conſequenter aliqua de diſpenſationib. le-
gatorum Apoſtolicæ ſedis
1 dicenda ſunt. † Super quo ſciendum eſt, ꝙ quicquid poteſt circa
diſpenſationes epiſcopus, uel archiepiſcopus, primas ſeu patriar-
a cha,[a] vel quilibet alius ordinarius, hoc totum poteſt legatus de la
tere Cardinalis: qa ipſe ordinarius eſt in prouincia ſibi decreta, vt
pote in ea vices domini papæ gerens: & pleniſſimam & maiorem
omnib. poſt principẽ habet in ea poteſtatem: vt ſ. ti 1. §. nunc oſtẽ
dendum. ver. legatus igitur. Vnde quęcunq; ſuprà uel infrà de po
teſtate epiſcoporum uel aliorũ ordinariorum in diſpenſando ſcri
pta ſunt, hic repetita intelligantur. ¶ Item legatus de latere cardi-
nalis

## ADDITIO.

a Patriarcha. ¶ Cum hoc idem dixiſſet. ſ. tit. 1. §. nunc oſtendendum in vlti. col. ſtatim id temperauit in ver. quod autem dixi.

nalis diſpenſare poteſt in omnib. vt dicunt quidam: illis duntaxat
exceptis, quæ ſunt ſummo pontifici reſeruata, in quib. manũ ap-
ponere non attentet: vt extra, de officio lega. quod trãslationem.
& arg. extra, de conſang. & affinita quod dilecto. de tranſact. c. fi.
Quę autem ſint illa, no. s̃. in præd. § nunc oſtẽdedum. Illa enim ita
inhærent oſſibus ſummi pontificis, ꝙ in generali legatione non
tranſeunt, vt in præ. decre ꝙ translationẽ. Legatus autem alius q̃
de latere non poteſt in diſpenſando, niſi in quantum ius vel priui
legium ei concedit. ext. de off. leg. excommunicatis de priui. por-
2 rò. 25. q. 2. ſeruatis. † ¶ Legatus ergo diſpenſare non poteſt, ut no-
uitius, vel homo alterius profeſſionis fiat abbas: vt ext. de elec. of-
ficii. argum. tamen contra, cod. tit. cum monaſterium. Alij dicunt
ꝙ legatus cardinalis põt ex cauſa diſpenſare, vt homo alterius ꝓ-
feſſionis eligatur. arg. extra. de tranſac. c. fi. cum hęc diſpẽſatio nõ
ſit ſpecialiter ſedi Apoſtolicę reſeruata. arg. extrà. de off. le. quod
tranſlationem de ſen. excom. nuper. Nec obſtat præ. c. officij. quia
ſecundum eos legatus ibi non diſpenſauit, ſed electionem confir-
mauit: & male: quia caſſanda erat propter cauſas, quæ ibi continẽ
a tur.[a] De hoc. s. §. nũc de epiſcoporum. ver. 52. Item non diſpẽſat
cum illegitimis: vt ext. de filiis presbyt. dilectus. niſi prout in epi-
ſcopo dictum eſt. §. ꝓxi. ver. vtrum. & ſeq. nec cum irregularib. ut
videtur ext. de off. dele. c. fi. §. fi contrà. j. ver. generaliter. Et gene-
raliter dico quod legatus quicunque ex ſuę legationis officio nõ
poteſt contra aliquod generale concilium diſpenſare, vt s̃. tit. j. §.
nunc tractemus. uerſi de illo Item non diſpenſat in prohibito cõ
ſanguinitatis gradu, vt in præ §. nunc oſtendendum. uerſi. 75. Item
nec in ætate, quo ad epiſcopatũ, ſed quo ad minores ordines ſic,
vt s̃. §. proxi. uerſic. 53. Poteſt autem diſpenſatiue confirmare ele-
ctionem illius. qui de apoſtaſia redit, vt s̃. § ſupereſt. verſi. electio
3 nem quoque. † ¶ Item diſpenſat ſecundum B. vt illegitimus pa-
tri ſuo immediate in eodem beneficio ſuccedat s̃. §. proxim. ad fi.
Alii contrà. Item diſpenſat etiam non de latere legatus cũ presby
tero plures concubinas habente. quo ad ordinis executionem, vt
extra, de bigam. quia circa. Item legatus de latere uidetur ꝙ poſſit
generaliter diſpenſare, & pœnas mitigare, vbicunque non prohi
betur: vt ext. de tranſact. c. fi ad fi. Item diſpenſat ꝙ regularis cano
nicus teneat plebanatum, vt ext. de ſtatu. mon. quod Del. bene ta
men poteſt talis ſine diſpenſatione in epiſcopum eligi, prout ibi
b no. ſecundum Papam.[b] Item diſpenſat ꝯ cõfirmationem Apoſto
licæ ſedis: ut s̃. tit. 1. §. nunc tractemus. verſi. ſed ſi legatus. Quæ au-
tem legato ex officio legationis competant, no s̃. dict. §. ſupereſt.
4 † ¶ Generaliter autem tenendum eſt. ꝙ in generali legationis mã
c dato tranſit diſpenſandi poteſtas.[c] argumentum. 2 q. 5. qua de cã.
extrà. de tranſac. c. fi. extra, de biga. quia & in præmiſſis concord.
arg. tamen ꝯ, extrà, de off. leg. quod tranſlationem. de fil. presby.
c. pe. Diſpenſatio enim inſtar habet reſtitutionis in integ. argũ. 11.
q. 3. ſi quis epiſcopus damnatus. quæ non tranſit in generali man
dato: ut ff. de mino. illud. ext. de in integ. reſtitu. coram. Sed dic, ꝙ
omnia poteſt, quæ non ſunt ſpecialiter ſummo pontifici reſerua-
ta. quod dic ut s̃. de lega. §. nunc oſtendendum. verſi. legatus igit̃.
¶ Quid ſi legatus de latere abſoluit ab excommunicatione aliquẽ
ſiue de ſua ꝓuincia, ſiue aliunde venientem: nunquid poterit cũ
eo iure legationis ſuper irregularitate ꝯ cta, quia ſic excommuni
catus diuina celebrauit, diſpẽſare? Non puto, vt s̃ §. ꝓxi. uerſ. ſed
5 nunquid & s̃. ti. de legat §. nunc dicamus. uerſ. ſed an tunc. † ¶ Sed
nunquid legatus, cui ſpecialiter indultũ eſt, vt cum hmõi irregula
ribus ex officio legationis ſibi commiſſæ ualeat diſpẽſare, poterit
cum ſcholarib uel aliis alienigenis intra illam ad tempus degenti
bus diſpẽſare? Reſpon. non: quoniam diſpenſatio ſtricte interpre
d randa eſt, & intelligenda ſolum de indigenis, & ibi intitulatis,[d] &
e illic ꝑpetuo moraturis.[e] Fieri enim poſſet fraus, ut cũ undecunq;
venientibus diſpenſaret: ſed nec poteſt tales ordinare. Cæterum
cum ſolus papa poſſit diſpenſare in iuramento, ut in prædicto §.
nunc oſtendendum. verſic. 24. ſuperfluo quæritur, utrum legatus
poſſit alicui prælato ex officio legationis dare licentiam alienandi
de bonis eccleſiæ ſuæ, contra proprium iuramentum ſuper rebus
eccleſiæ non alienandis præſtitum, Romano pontifice inconſul
to: vt extra, de rebus eccle. alie. vel nõ ut ſuper. & de feu. c. 2. Idem
etiam iuris eſt in concedendo licentiã aliquas res eccleſiaſticas cũ
aliis permutandi: quia permutatio alienatio eſt tex. de rebus eccl.
f non alie. nulli licet. argum. tamen contra, eo. tit. c. 1.[f] † ¶ Quid ſi
6 aliquis prior, uel abbas iurauit non alienare ſine conſenſu diœce-
ſani epiſcopi uel alicuius abbatis infra legationem conſtituti? Re-
ſpon. legatus huiuſmodi licẽtiam dare poterit, qui ordinarius eſt.
Quicquid enim poteſt quilibet ordinarius ſuæ legationis, & ipſe
hoc poteſt: ut in præ. uerſi. legatus igitur. Quidam tamen dicunt
contrà, Cum enim iurauerit non alienare inconſulto epiſcopo
illo, uel abbate, nullus illis exceptis, uel papa, illum a tali abſolue-
re poterit iuramento. argumentum, extrà, de vſu conſuluit. ex-
tra, de iureiuran. eam te. in princip. Sed prius dictum uerius eſt:
nam legati auctoritas in hoc iuramento intelligitur excepta. ext.
de iureiuran. uenientes. Potius enim ad epiſcopum uel abbatem
concedere huiuſmodi licentiam pertinet ratione poteſtatis, uel
officii ſui, quam ratione ſuæ perſonæ: unde legatus hoc poterit,
qui poteſt, quicquid ille poteſt, ut dixi: ſecus ſi ratione ſuæ diſcre
tionis, uel amicitiæ, uel intuitu perſonę illis ſic iuratum eſſet, arg.
extra, de off. de le. c. fi §. fi. extra. de teſtamen. requiſiſti. & d. § nũc
7 oſtendendum. uer. 24. in fi. † ¶ Sed quid ſi aliquis abbas in Thuſcia
iurauit non alienare ſine licentia abbatis Montis Caſſini in Apu-
lia, cui ſubeſt: nũquid is, qui eſt legatus in Thuſcia poterit diſpẽſa
re cum illo in tali iuramento? Dic ꝙ non: cum abbas Montis Caſ-
ſini non ſit de ſua legatione: & ideo non poteſt uti eius poteſtate.
ubi autem nullum iuramentum præſtitum eſt, bene poteſt legatus
ex cauſa concedere licentiam alienandi uel permutandi poſſeſſio
nes intra metas ſuæ legationis poſitas: etiam ſi ille prælatus ſubſit
alteri extra eius legationem moranti: arg. ext. de reli. do. c. 2. 11. q.
1. experientiæ, extrà, de foro compe. ſane. & c. fi.

## ADDITIONES.

a Continentur. ¶ Iſta opinio fuit Compo. vt ſcripſi in decre. officii. ſuper ver.
potuit hodie. per cle. de elect. c. 1. non videtur hoc licere, etiam legato de la
tere, arguendo vt no. s̃. §. proxi. in fi. & j. 2. ver. ſcilicet. ꝙ illud ca. fuit conci-
lii Vien. & ꝓ concilia legati etiam de latere, non diſpenſant. de præben. dile-
ctus. j. de fi. presbyt. c. pe. & vlt. Diſpenſabit ergo ſolus papa, vt ibi no. in gl.
non prohibet pro his facit lex. 2. C. de off. præfec. præto.
b Papam. Et patet de ele. c. nullus. in fi. lib. 6.
c Poteſtas. ¶ Quo ad ſibi permiſſa. & hic ſoluit contraria.
d Intitulatis. ¶ Vel quaſi intitulatis: vt ſunt ſocii priorum regularium & ſic
non obſtat finis huius uer. decr. cum nullus. in fi. de temp. ordina. lib. 6.
e Moraturis. ¶ Facit. ff. de pig. l. debitor. & concor. ad idem j. de compe. iudi.
adi. §. 1. ſuper ver. quid ſi quis.
f c. 1. ¶ Ibi non fuerat iuratum papæ: vt s̃. nil ergo impediebat epiſcopum da
re licentiam permutandi: & ſic nec legatum; vt in fi. huius §. Scias autem fal
ſum eſſe, ꝙ quidam dixerunt tale iuramentum intelligi ſolum de alienatio-
ne illicita. Super quo vide quod ſcripſi de eccl. ædi. c. vlt. ¶ Adde etiam, ꝙ ſi
epiſcopus iurat non alienare bona eccleſiæ ſine licentia ſuperioris, ꝙ nec mi
nimas res poterit dare in emphyteuſim: vt conſuluit Fede. conſi 210. Adde
etiam verſicu. fin. quòd duo priores manuales non poſſunt inuicem permu-
tare cum licentia legati, quando abeſt abbatis licentia: vt voluit Federic.
conſi. 210.

### ¶ De diſpenſatione domini Papę.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa in omnibus, ratione duce, diſpenſare poteſt, & debet.*
*Miſeratio Apoſtolicæ ſedis veniam ſolet præſtare correctis.*
*Papa in quibus diſpenſare non poteſt.*
2 *Papa non poteſt contra Apoſtolum diſpenſare, nec contra Euangelium, aut Decalogum.*
*Diſpenſatio locum non habet contra ius naturale.*
3 *Diſpenſare non debet papa cum homicida uoluntario, ut poſt penitentiam miniſtret in officio altaris.*
4 *Papa non poteſt diſpenſare in gradibus conſanguinitatis lege diuina prohibitis.*
5 *Papa non diſpenſat cum ſimoniaco in ordine, aut ordinato à ſimoniaco per pecuniam.*
6 *Matrimonium per verba de præſenti contractum, carnali copula non conſummatum, an poſſit papa ſoluere.*
7 *Romanus pontifex inter homines nullum habet ſuperiorem.*

7. §. Nunc breuiter dicendum eſt de diſpenſatione domi
ni papæ. Super quo notandum eſt, ꝙ ſunt cer
ti caſus, in quibus diſpenſare non poteſt: quibus exceptis, per con
ſequens omnia alia in eius arbitrio relinquũtur. arg. ext. de trãſla.
1 epiſc. inter corporalia. 25. di. qualis. ff. de ind. cum prætor. † ¶ Et in
omnibus. ratione duce, diſpenſare poteſt, & debet. 50. diſt. domi-
no ſancto. & c. ponderet. & c. conſiderandum. & c. fidelior. 56. di.
quia ſimpliciter. extra, de renun. niſi cum pridem. & de iure poteſt
ſupra ius diſpenſare: ut extra, de conceſſ. præben. propoſuit Miſe-
ratio enim Apoſtolicæ ſedis ueniã ſolet præſtare correctis: ut 11.
q. 3. de illis. quia ipſe aſſumptus eſt in plenitudinẽ poteſtatis, nec
legibus eſt adſtrictus. 2. q. 6. decreto. extra de uſu pal. ad honorẽ.
& s̃. ti. 1. §. nunc oſtendendũ. uerſ. 46. & in eo. §. inuenies ea. in qui-
bus ei ſoli liceat diſpenſare. ¶ Super hoc tamen dicunt quidam,
quòd Papa diſpenſare poteſt in omni caſu, etiam contra Apoſto
a lum: cum teneat locum beati Petri,[a] & ſit uicarius Ieſu Chriſti: ut
in præ.

## ADDITIO.

a Petri. ¶ Qui fuit maior Paulo. 80. diſt. in illis. in fi. j. remittam.

in præ.§.nunc oſtendendum.ver.76.& poſſet de iure ſuprà ius di
ſpenſare, nec legibus adſtringatur, vt dixi. Quia non habet impe-
rium par in parem, vt extrà, de elec.innotuit.ff de arbit. nam ma-
giſtratus.exceptis tñ articulis fidei, vt 40.di.c.j 9 q.3.aliorũ & hoc
a vr papa ſentire, ext.de renun.poſt translationem.in fi.[a] Alii dicũt
ꝙ nec ↄ̃ Apoſtolum, nec ↄ̃ ius diuinum nec ↄ̃ Euangelium, nec ↄ̃
quatuor ↄcilia principalia diſpenſare poteſt. 25.q.1. ſunt quidam
ext.de reſt.ſpo.literas, 95.diſt. olim. prædicta enim quatuor ↄcilia
ita veneratur ecclesia, ſicut & quatuor Euangelia: in quib.doctri-
na fidei eſt expreſſa 15.diſt.ſicut.& c.ſeq.& in præ.c. poſt tranſla-
tionem.reſpon.1.in fi. In his autem, quæ ad eum ſpectant, q̃ enu-
merantur in præ §.nunc oſtendendum. diſpenſare poteſt prout
ſibi placet & hæc obtinent in expreſſis diſpenſationib. nam taci-
te ſemper diſpenſat, cum omnia vindicare non poſſit: ut 6.q.1.ſi
omnia. Vnde ipſe dicit: Nolumus exaggerare qđ factum eſt: ne co
gamur vindicare qđ dignum eſt: 74.diſt.ubi iſta.14.q.2.ſane.quod
ſuper.Richar.2.q.1.multi & alibi.qđ permittimus volentes, p̃cipi
mus: qa malas hominum voluntates ad plenum ꝓhibere non poſ
ſumus.31.q.1.hac rõne. Multa enim ꝑ patientiam tolerant, &c.vt
ext.de p̃ben.cum iam dudũ. ¶ Hæc autem ſunt, in quibus papa di
2 ſpenſare non poteſt. † ¶ Primo contra Apoſtolum, ut bigamus
fiat diaconus, vel ſacerdos, vel epiſcopus: vt 31.diſtinct. Acutius.
& c.vna tantum.& c.deinde.25.quæſtio.1.ſunt quidam. extra, de
b biga.c.3.argum.tamen contrà.24.diſtin.lector.[b] vel vt quis ſimul
plures poſſit habere vxòres: vt ext.de big. ſuper eo. & c. de biga-
mis.& c.nuper. Io.no.in præ.c.ſunt quidam, ꝙ bene poteſt diſpen-
ſare ↄtra Apoſtolum: non tamen in his, quæ pertinent ad articu-
los fidei. ¶ Secundo ↄ̃ decem præcepta decalogi ut 14.diſt. ſicut
quia & ſi non ſint articuli, ſunt tamẽ articularia fidei, id eſt.ita an
nexa articulis fidei, quòd ſine eis ſalutem præſtare non poſſunt, ſe
c cundum Ioan.de Deo:[c] vt in præ.c.ſunt quidam.& vi.diſtinct.c.
d fin.86.diſt.non ſatis.ad fi.[d] ¶ Tertio, contra Euangelium.vt in c.
ſunt quidam.& 26.diſt.deinde.& 14.diſt.ſicut.arg.extra, de celeb.
miſſ. cum Marthę. Contra enim ius naturale diſpenſatio locum
non habet: ut 13.diſt.c.1.ext.de tranſac.cap fi. ius autem naturale
eſt, quod in lege & in Euangelio continetur.1.diſt. humanum.9.
diſtinct. cap.fin. ¶ Quartò, contra quatuor concilia principalia
3 tollendo ea: vt s̃.in præd.c ſunt quidam. † ¶ Quintò, cum homici-
da voluntario, vt poſt quantamcunque pœnitentiam miniſtret
in officio altaris.ext.de tempo or.c fi. 50.diſt.miror.1.q.7.ſi quis
omnem.extra, de exceſſ.præla.ex literis.extra, de accu.inquiſitio-
nis.extra, de temp.or.c.fi.extra, de hom.c.1. Quia ſi Dauid prohi-
bitus eſt ædificare Domino templum, quia vir ſanguinis erat, eo
e ꝙ figurabat nouum Teſtamentum, vt de conſec.diſt.1.c.1.[e] mul-
to magis ſacerdos homicida prohibẽdus eſt celebrare, vt ibi.& in
præ.c.miror.etiam ſi quis interfecit paganum.50 diſtin.clericum
qui niſi ſit homicida iuſtitiæ, qui ex cauſa in ſuſceptis ordinibus
toleratur per papam, licet non diſpenſet cum illo, ꝙ ad ſuperio-
res aſcendat: vt 51.diſt.aliquam.& c.præce.diſpenſatur tamen cũ
tali circa beneficium.50 diſ.ſtudeat.in fi.ext.de cleri.pugnã.in du.
hæreticus.in fi.extra, de renun.ad ſupplicationem.28.diſ.presby.
93.diſt.diaconi. Quidam tamen dicunt, ꝙ licet non deceat papam
diſpenſare cum homicida: poteſt tamen, ſi velit.extra, de conceſſ.
f præben.propoſuit.ad fi.[f] ¶ quid ſi quis in infantia commiſit ho-
micidium? Videtur quòd ſaltem per papam diſpenſabitur: cum
nec talis teneatur lege Cornelia de ſica.ff ad l.Corn.de ſica.infans.
de conſecra diſtinct.4 eos quos.15.quæſtio.1.illud.ff.de acquir.
poſſ.l.1.§.1.ext.de delic.pue.c.1.& l de ſent.exc.c.1.& fi.C. de fal.
mo.l.1.ff.qui & à quib manu.li.non fi.l.pupillus.arg.contrà 15.q.
j.ſi quis.nõ iratus.3.q.9.indicas. Dic, ꝙ ſatis decet eum in hoc ca-
ſu diſpenſare, quia potius vr̃ caſualis, quam voluntarius homici-
da, & cum illo diſpenſare poteſt: quod dic vt ſuprà.§.iuxta.uerſi.
g qñ autẽ.quod verum eſt, niſi ſcandalum aliud inducat.[g] † ¶ Sexto,
4 in gradibus conſanguinitatis lege diuina prohibitis, vt extra, de
reſtitu.ſpol.literas.30.q.3.pictacium. In alijs ſic, vt extra, de con-
ſanguinitate & affinita.quia circa.& de conceſſ.præben.ꝓpoſuit.
& de tranſac.c.fi. ¶ Septimo, in his, quæ de natura ſui ſunt mala:
puta, vt quis ſine peccato poſſit adulterari.arg ext de iureiur.& ſi
Chriſtus §.quædam. In ſequentib.autem caſib.non diſpenſat, neç
5 diſpenſare debet, & ſi fortè diſpenſare poſſit. † ¶ Octauo, cum ſi-
moniaco directe in ordine & ordinato a ſimoniaco per pecuniã.
1.q.1.ſtatuimus & c ſi quis à ſimoniacis.& in præ.c.inquiſitionis.
1.q.7.requiritis. ¶ Nonò, cum rebaptizato ſcienter.1.q.7.qui in
qualibet.de conſecr.diſtin.4.qui bis.& c.confirmandum. ¶ Deci-
mo, cum ordinato ab hæretico in ſubuerſione fidei.cum eſſet ca-
tholicus.1.quæſtio.7.conuenientibus ad finem. ¶ Xj. Cum reordi
nato.vt ea.quæſt.ſaluberrimum in fine.& 1.quæſtio.1.quod qui-
dam. ¶ Xij Vbi ſtatus eccleſiæ decoloratur.1 q.7.& ſi illa.25.quę-
ſtio.1.quæ ad perpetuam contra, extra. de conſanguinita.& affi.
h non debet.[h] ¶ Xiij. Vbi ſancti patres aliquid bene diffinierunt: vt
14.diſt.ſicut.& in præ.c.ſunt quidam.& 25.quæſtio.2.de priuile-
giis.& c.cũ pie.& c.qđ verò. ¶ Xiiij. Vt monachus exiſtẽs mona-
chus proprium habeat, vel matrimonium contrahat: vt ext.de ſta
tu monac.cum ad monaſterium.in fi. ¶ Decimoquintò. In voto
continentię, vt dicunt quidã: quia vix inuenitur melius, in quod
i poſſit commutari: vt ibidem.[i] Et no.ꝙ niſi papa ex iuſta cauſa di-
ſpenſet, peccat: nec diſpenſatio prodeſt: vt notatur ext.de voto.c.
non eſt. Quod verum eſt, quando diſpenſat ↄ̃ votum tacitum vel
expreſſum, vel ↄ̃ Euangelium, vel ↄ̃ generalem ſtatum eccleſię,
vt dixi: ſecus in diſpenſationib.quæ fiunt ↄ̃ ius poſitiuum: quia in
his ſufficit ſola voluntas diſpenſatoris, etiam ſine cauſa: quia de
iure põt s̃.ius diſpenſare, vt dixi.quod proſequere ſecundum pa-
k pam.prout no.in prę.decr.cum ad monaſteriũ.in fi[k] ¶ Vtrum pa
pa diſpenſare poſſit cum ſubdiacono, vt matrimonium ↄ̃hat? no.
6 31.diſt.de illo.& extrà, de cleri coniu.cum olim. † Sed nunquid pa
pa poteſt ſoluere matrimonium per verba de præſenti ↄ̃ctum, qđ
l non eſt carnali copula conſummatum?[l] De hoc extr.de conuer.
m coniu.ex publico.[m] Poteſt autem papa contra ſtatutum vel con-
cilium ſui prædeceſſoris diſpenſare, vt legitur & no.ext de capel.
monacho.c.pen.& de renun.poſt tranſlationem.ad fi. Vtrum au-
tem poſſit contra ius naturale diſpenſare, not.13.diſtin.in Sum.&
15.q 6.auctoritatem.extra.de deci.a nobis.ext.de iureiurando.
quanto.& ſecundum papam extr. de ſtatu, mona.cum ad mona-
ſterium. Quæ autem ſunt illa, in quibus ſolus papa diſpenſat: vide
7 in d.§ nunc oſtendendum. † Et nota, ꝙ Romanus pontifex inter
homines nullum habet ſuperiorem, ut ext.qui fi.ſint legi.per ve
n nerabilem.prope fi.[n]

## ADDITIONES.

a In fine. ¶ Ponendo ibi vltimam gl.B.quæ fuit etiam Io.

b Lector. ¶ Vide quod no.de biga.c.2.in 4.gl.& quod ſuper ea ſcripſi. ¶ Adde, quæ ſcripſit Pet.de Anch.ↄſi.123.incipiente, in Chriſti nomine. Circa bigamos.ubi etiam, an poſſit diſpenſare cum eo, qui pòſt adulterium uxoris cum ea concubuit.

c Io.de Deo. Vbi de diſpenſatione papali, ultra medium.

d Ad fi. ¶ Vide quod ſcripſi de heret cum Chriſtus.

e c.1. ¶ Vbi ſatis de hac auctoritate no.

f Ad finem. ¶ Hæc fuit opi.Hoſt.quam vide cum ſuis rationibus.de homi.ſicut dignum ſuper gl.no quod homicidium.

g Inducat. ¶ Terminatum eſt, eum non irregularem: & ſic diſpenſatione non eget.per cle.de homici.ſi furioſus.1.reſp.vbi idem dicitur de furioſo uel dormiente.& uide quod ibi nota. ¶ Adde uerſ.6.quod plene ſcribit.Pe.de Ancha.conſi.378.pro filio fratris regis Angliæ, qui uxorem patrui ducere uolebat.uide etiam Bal.conſi.433.lib.3. An autem eo ipſo ꝙ papa diſpenſat matrimonium contractum in gradu prohibito, ſunt abſoluti, qui contraxerũt, ab excommunicatione uigore cle.1. de conſan.& affi. abſque eo quod in reſcripto de excommunicatione fiat mentio vide Ro. conſil. 306. concludentem, quod ſint abſoluti.

h Debet. ¶ Ibi non decoloratur, imo color datur, propter rationes ibi expreſſas.

i Ibidem. ¶ Circa hoc & quæ ſequuntur, uide quæſtionem quam poſui ſuper regula, ſemel Deo.de reg.iur.lib.6.

o In fi. ¶ Ibi uide ſuper vl.gl.

l Conſummatum. De hoc no.Arch.27.q.2.c.quia propter. qui tenet ꝙ papa poteſt diſpenſare ſuper matrimonio nondum per carnalem copulam ↄſummato: ſecus poſt, quia tunc non poteſt.& ſic dicit Bal.in l.deo nobis.C.de epi.& cle. Ibidem etiam quærit, quid ſi dubitatur an interuenerit copula carnalis, necne in non cognita. alias dicit ſtandum prout aſpectus corporis indicat.27.q.2.c.quod autem interrogaſti. ſi vero non poteſt apparere, vt quia erat vidua, & ſic alias cognita, tunc refert: aut erat traducta ad domum uiri, & ſic præſumitur cognita ex loco à communiter accidentibus: ſi vero in domo, non præſumitur cognita, quia eſt conſuetum ita, & raro fit ↄ̃rium. & no.27.q.2.c.priuſquã.quia niſi ſponſa inueniatur in domo viri poſt pubertatẽ, non præſumitur cognita.

m Publico. ¶ Vide quod de conſummato dixi in quæſtione, quam poſui ſuper regula, actus, de reg.iur.lib.6. ¶ Adde an papa matrimonium per verba de præſenti contractum, copula non ſecuta poſsit ſoluere. Pet.de Ancha.conſi.240.incipiente, in Chriſti nomine, parum dubitationis.

n Prope fi. ¶ In ſumma de filijs presby.§.quis poſsit.Hoſt.ſic dicit, ꝙ quamuis papa ſine cauſa diſpenſare poſſit de plenitudine poteſtatis, pro eo ꝙ nõ habet ſuperiorem in hoc mundo, nec qui corrigat, nec emendet, attamen cũ homo ſit, poteſt peccare, & a dominorum domino & pontificum omniũ pontifice, ſi ſine pœnitentia decederet, punitur: ideo nouerit ſibi terribilius iudicium quam alijs imminere.9 q.3 aliorum.& c.ſeq.arg.l.rem non nouam.C.de iud.circa med.

## SVMMARIVM.

De diſpenſatione abbatis, principis.& quarundam aliarum perſonarum.

1 *Patriarchæ quatuor principales diſpenſant in caſu, quo non poßunt Metropolitani, &c.*
2 *Primas & patriarcha non differunt, niſi nomine.*
3 *Archiepiſcopus iudicare potens inter ſuffraganeos & eorum ſubditos, per conſequens poteſt cum eis in pœnalibus actionibus diſpenſare.*
4 *Abbas poteſt cum monacho multipliciter diſpenſare.*

5 Monachi

*5 Monachi non poßunt de iure communi habere capellas, uel decimas, uel ſepulturas.*
*6 Abbas diſpenſat in ieiunijs, cibis & eſu carnium, & in operibus manualibus monachorum ad quæ monachus tenetur.*
*7 Abbas poteſt dare monacho licentiam eundi ad ſcholas.*
*8 Princeps non recognoſcens ſuperiorem, niſi papam, diſpenſare poteſt.*
*9 Capitulum comparatur Senatui, & quandoque diſpenſat.*
*10 Concilium diſpenſat contra Apoſtolum.*
*11 Sacerdos diſpenſare poteſt contra canones penitentiales.*

1 8. §. Sunt quoque nonnullæ aliæ perſonæ † quæ quandoq; diſpenſare poſſunt: vt ecce quatuor patriarchæ
principales diſpenſant cum illo, qui propter malam ordinatio-
nem beneficiorum ſupenſus eſt per concilium prouinciale à col-
latione beneficiorum, vt ext. de præb. graue. ad finem. Quod non
poſſet fieri per Metropolitanum, nec etiam per ipſum conciliũ,
quod ſuſpendit: vt ibi patet. Et poteſt etiam dici, ꝙ iſti poſſunt di
ſpenſare cum ſuis ſubditis, vbicunq; non prohibentur. ar. 55. di-
2 ſtinctio. mos antiquus. & extra. de priuile. antiqua. ad fin. † ¶ Et
nota, ꝙ primas & patriarcha idem ſunt, licet nomina ſint diuerſa:
nec eſt inter eos realis differentia, ſed vocalis, vt 99. diſt. prouin-
ciæ. propriè tamen quatuor principales patriarchæ vocantur, ſ.
Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſoly-
mitanus: vt 22. diſtinctio. per totum de priuileg. antiqua. Alij ve-
ro propriè dicuntur primates, vt Aquilegien. Granden. Toleta-
nus. Cantuarien. Bituricen. & ſimiles, vt 9. quæſt. 3. nullus primas.
& fere per totum. & c. conqueſtus 63. diſtin. longe. extrà. de offi-
cio ordi. duo. Iſti tamen quandoq; vocantur impropriè patriar-
chæ. Ad iſtos ergo omnia negotia difficilia referenda ſunt: nec epi
ſcopus ſine eorum licentia conſecratur: de quorum primatu, &
qualiter ſunt maiores, & quid ad eorum ſpectat officium, & vbi
debent conſtitui, & qualiter, ſi peccant, puniri debent: uide per or
a dinem [a] 17. diſtinct. multis. 18. diſt. c. 1. 19. diſtinct. ſecundum. & c.
propter. 21. diſtinctio. cleros. & c. ſubmittitur. & c. in tantum 22.
diſtin. per totum. 63 diſt. c. 1. & 2. & c. Agatho. 65. diſt. per totum.
75. diſt. quod à patribus. & c. quod die. 80. diſt. per totum. 96. diſt.
ſatis. 100. diſt. c. 1. & 1. q. 7. c. 3. 2. q. 6. multum 4. quæſt. 1. quod au-
tem. 2. q. 7. ſicut inquit. 3. quæſt. 5. quia ſuſpecti 9. quæſt. 3. per to-
tum. 11. quæſt. 3. Theugaldum. 12. q. 1. dilectiſſimis 16. quæſt. pri-
3 ma, frater noſter. & quæſt. 6. placuit de conſe. diſt. 1. noſce. † ¶ Ar-
b chiepiſcopus autem, [b] vbi poteſt inter ſubditos ſuffraganeorũ,
& inter ipſos ſuffraganeos iure Metropolitano iudicare, pōt per
ꝯſequens cum eis in pœnalib. actionib. diſpenſare. ar. de pœni. di-
ſtin. 6. c. 6. ad finem. & de pœn. diſt. 1. pœnæ. In quibus caſibus ha-
bet iuriſdictionem in illos. no. ext. de off. ord. paſtoralis, in ſua au-
tem diœceſi poteſt, qđ quilibet epiſcopus in ſua poteſt: & nō po
teſt. quod ille non poteſt. Poteſt autem diſpenſare cum male inſti-
tutis à ſuffraganeo: ut ext. de æta. & qualit. & ord. præfici. ex ratio-
ne. & de temp. or. conſultationi. Item ſi inuenit ſuffraganeum cir
ca rem aliquam deliquiſſe, poteſt illud emendare. 9. q. 3. cum ſci-
mus. Et nota, ꝙ archiepiſcopus cum Metropolitano idem ſunt.
Sicut autem primas poteſt iudicare & punire Metropolitanũ, nō
tamen eius ſuffraganeos, niſi in caſibus: ita & Metropolitanus po
teſt iudicare & punire ſuffraganeos ſuos, non tamen ſubditos eo-
rum, niſi in caſibus. Vnde tam in primate, quã in metropolitano
fallit regula illa, Si vinco vincẽtem te, ergo multo fortius te: quæ
c habetur ff. de diuer. & temp. præſ. l. de acceſſionib. Abbas quoq; [c]
4 poteſt cum monacho multipliciter diſpenſare. ¶ † Primò ſi ille
fuerit nocturna illuſione pollutus, ut in die ſequenti valeat cele-
brare. vt 6. diſt. teſtamentum. & c. ſequenti. ¶ Secundo in diuerſis
capitulis ſecundum monaſterii conſuetudinem, dum tamen hoc
non ſit contra ius vel contra regulam profeſſam, uel cõtra bonos
mores. 11. diſt. eccleſiaſticarum. & trib. capitulis ſequentib. 12. di.
illa. Si tamen ꝯſuetudo ſit irrationabilis, tollenda eſt per illum, qui
hoc poſſit, ut ead. diſ. oĩa. ¶ Tertio, diſpẽſat ſuo arbitrio in pœni
tentia monachi nubentis: vt 27. diſ. ꝓsbyterum. 27. q. 1. nec aliqua.
Tales enim nubentes, uel ꝯcubinas habentes, canones damnant:
vt in prædicto c. presbyterum 32. diſt. ſeriatim. 27. q. 1. ut lex. & c.
quotquot. & c. impudicas. & c. monachi. ¶ Quarto, cũ illis, qui in
oratorio loquuntur contra inhibitionem beati Benedicti. 42. diſ.
in oratorio palea eſt. ¶ Quinto, cum monacho nouitio, ut ꝓmo-
ueatur ad ordines ſacros. 77. diſ. monachus. ar. tamen ꝯ 48. diſt. ſi-
d cut Neophytus. [d] ¶ Sexto, cum monacho apoſtata. 50. di. c. fi. re-
conciliando eum videlicet, & ei penitentiam iniungendo, non tñ
ſi in apoſtaſia fuerit ordinatus: ut ext. de apoſta. c. fi. Septimo ꝯ illũ
canonẽ. 53. di. lege, vbi prohibetꝰ miles ante ꝓbationẽ triennij mo
nachari. Ad hoc accedat ex. de regula. ad Apoſtolicã. 19. q. 3. mo
naſteriis. quia pōt renunciare abbas ſeu monaſteriũ iuri ꝓ ſe intro
e ducto, vt ibi, & 17. q. 1. Gonſaldus licet hoc periculoſum ſit. [e] 7 q.
1. q̃ periculoſum. In ſeruis aũt alienis diſpẽſare non pōt ꝯ illud c.
54. di. ſi ſeruus. ¶ Octauò, cum illegitimo monaſteriũ ingrediẽte:
ut poſſit ad ſacros ordines promoueri, & adminiſtrationes tene-
f re. 56. diſt. c. 1. ext. de fi. presby. c. 1. [f] ¶ Nono, cũ ſeruo monaſterii,
manumittendo ipſum: vt ibi monachus fiat. 54. diſt. qui ex famu-
g lis. & c. multos, [g] ext. de ſer. non or. de famulis. ¶ X. Quòd mona-
chus detur in capellanum eccleſię parochialis, ſi epiſcopi & popu
li ꝯſenſus accedat. 58. di. c. j. & 2. 16. q. j. doctos. & c. ſi monachus. &
c. monachos. & c. nos aũt. & c. in parochia. & c. ſi quos. dum tñ nō
ſit ibi ſolus. ext. de ſtat. mo. c. 2. de ca mo. ex parte. & c. ad audien-
tiam. Sed canonicus regularis bene pōt eſſe ſolus: ut s. §. nũc de epi
h ſcoporum. ver. 15. [h] † De iure enim cōi non poſſunt monachi hr̃e
5 capellas, uel decimas. uel ſepulturas. 16. q. 1. c. 1. & c. placuit. ſed ſo
lum ex indulgentia: vt eã. q. c. peruenit. ¶ Xj. Vt cũ reducat ad clau
ſtrum, ſi ſibi non placet eſſe in capella vel prioratu, 74. diſt. quo-
rundam. ¶ Xij. Cum monacho murmuratore & ſuſurrone in di-
ſciplina & correctione. 90. diſt. alienus, & c. ſeq. ¶ Xiij. Vt poſſit
i epiſcopum uel alium prælatum accuſare. 2. q. 7. §. fi. [i] ¶ Xiiij. Si ꝯ
regulam aliquid occulte recipit. 12. q. j. non dicatis. ext. de ſta. mo.
cum ad monaſterium. ad finem. a ꝯtrio ſenſu. ¶ Xv. Vt fiat epiſco-
pus. 18. q. j. c. vnico. pōt etiam concedere vt epiſcopus factus ite-
rum monachus fiat, ſ m ea quæ leguntur ext. de renun. poſt trãſla.
cum ſuis ꝯcor. ¶ Xvj. Ex cã, vt monachus habeat cellam propriam
intra monaſterium. 18. q. 2. nullus. 20. q. vl. c. fi. ad fi. ¶ Xvij. Diſpẽ
ſatiue debet fugitiuum requirere, & ad clauſtrum reducere. & cũ
eo miſericorditer agere: ut 18. q. 2. abbates. ext. de reg. c. fi. 26. q. 1.
k nec aliquas. [k] ¶ Xviij. Diſpenſat in pœnitentia homicidæ q mo-
7 nachus eſt factus 33. q. 2. admonere. † ¶ Xix. In ieiuniis, & cibis, in
eſu carniũ, & in operib. manualib. ad q̃ monachus tenetꝰ. de ꝯſe. di.
5. non mediocriter. & c. carnem. & c. nunq̃. ext. de ſta. mo. cum ad
monaſterium. ¶ Xx. cum nouitio non profeſſo: vt illi recedẽti bo
na ſua reſtituantꝰ ext. de renun. ex tranſmiſſa. ſecus ſi donaſſet in-
ter viuos. 17. q. 3. ſunt qui opes & c. j. in fi. 19. q. 3. quia. & c. præla-
tum. ¶ Xxj. Vt promoueatur ad ſuperiores ordines: quia ſine eius
licentia non poteſt, vt ext. de temp. or. ad aures. ¶ Xxij. Diſpenſat
cum monacho & conuerſo, vt etiam inuitus ferat teſtimonium
in cauſa ſui monaſterij. ext. de teſti. ſtatuimus & c. cum nuncius. &
c. tuis & c. nuper de iureiu. c. & ſi Chriſtus. ¶ Xxiij. Vt nouitius
intra annum profiteatur renunciando tempori profeſſionis no-
mine monaſterij ext. de reg. ad Apoſtolicam contra iura illa. 17.
q. 1. Gonſaldus & q. 2. ſi quis incognitus. 19. quæ. 3. monaſterijs. &
l ext. de regu. non ſolum. [l] ¶ Xxiiij. Vt monachus tranſeat ad maio
rem ordinem. ext. de reg. licet. & cap. ſane. uel etiam ad parem ex
m cauſa, ſed non ad minorem: vt no. c. ti. non eſt. [m] ¶ Xxv. Vt habeat
expenſas

## ADDITIONES.

a Ordinem. ¶ Omnes ſequentes concor. poſuit Io. de Deo ſub 4. articulo.
b Autem. ¶ Quintus articulus Io. de Deo.
c Quoque. ¶ vij. articulus. Io. de Deo. quia intermedius fuit de diſpenſatione epiſcoporum, & quaſi ad literam fuerunt eius verba ſequentia vſq; ad ver. 13. & omnia ſequentia etiam eius fuerunt, tamen per ſaltum. Eſt etiam ſciendum ꝙ hic inſeruit de omnium religionum ſtatu & origine, vſq; ad prædicatores & minores incluſiuè.
d Neophytus. ¶ Solue vt no. in præ. c. monachus & 16. q. 1. monachos.
e Periculoſum ſit. ¶ Et ideo ſpecialiter omnib. mendicantib. prohibitum, vt dicam j. ver. 33.
f c. 1. ¶ Vide s. §. nunc de epiſcoporum. ver. vtrum. ad fi. §. & qđ ſcripſi. in prę. Decre. in gl. pen.
g Multos. ¶ Coniuncto. §. ibi præcedenti.
h Ver. 15. ¶ Verius dic prædicta locum habere in clauſtralib. id eſt, qui poſſunt ad clauſtra reuocari, in alijs non: vt no. in cle. de ſta. mo. ne in agro. §. ad hoc. in gl. ſæpius.
i §. fi. ¶ Io. de Deo ꝯ, vbi s. per Decr. ex parte. de accuſ. dic vt ibi no. in gl. 2. dicebat etiam, ꝙ peccat monachus non accuſans ſocium ad pœnitentiam. De hoc in gl. prędicta, & ſuper ea.
k Aliqua. ¶ Hodie per conſtitutionem Benedicti ad hoc arctantur: vt in Decr. quæ incipit, Paſtor bonus.
l Solum. ¶ & c. ſeq. lib. 6. per, quæ patet quod dictum eſt in mendicantib. ordinibus locum non habere.
m Non eſt. In i. gl. & vide quod ſuper ea dixi poſt Hoſt. qui ibi notat etiam abbatem ex cauſa dare poſſe licentiam tranſeundi ad minorem autem non. de præb. cum ſing. lib. 6. in gl. vt ſi in tali tranſitu ſine cauſa diſpenſaret ſolus papa. Et aduerte. quia s. §. nunc. de epiſcoporum. ver. 20. no. epiſcopum diſpenſare debere in tranſitu ad minorem: & Inn. in Decre. vlt. de renun. notat, vt ibi ſcripſi ſuper 3. gloſſ. diſpenſationem epiſcopi requiri, cum tranſit ad parem uel laxiorem & in Decret. ſignificatum. de regul. vt ibi ſcripſi ſuper fin. vltim. gloſſ. dicit hanc diſpenſationem facile fieri, vbi minor profeſſionem faceret. Rayn. in Sum. de tranſitu cleri. circa fin. dicit, ſed male, quòd in tranſitu ad parem ſufficit petere licentiam, licet non obtineatur. Dictum Innocen. placet, cui concor. Archidiac. de elect. ſi religioſus. libr. 6. in fin. & Ioann. Mona. cum tranſit ad parem. in præ. Decret. cum ſing. ¶ Adde quòd Roma. conſil. 241. dicit hęc verba: Dicitur autem tranſire indebitè ad laxiorem vel parem, ſi tranſeat ſine obtenta licentia ſui ſuperioris & conuentus. & hoc eſt in d. cap. ſtatuimus. & c. ſi quis de alterius. 58. diſtinctio. Aliter etiam dom. Ant. in d. c. non eſt. & Lapus alle. 62. & 30. An autem monachus, qui auctoritate Apoſtolica tranſlatus fuit ad aliud monaſterium, poſſit ad primum redire ſine licentia Apoſtolica, vide Fede. conſi. 264. qui dicit quod ſi intuitu monaſterij fuit tranſlatus, ꝙ non poteſt redire ad primum, abſque Apoſtolica licentia.

expenſas ꝓ iniuncta ſibi adminiſtratione: ſed non ꝙ habeat pro-
prium.ext.de ſta.mo.c.2.& 3 ¶ Xxvj Poteſt diſpenſatiue recipe-
re clericos ſeculares in monaſterio ad beneficia, contra conſtitu-
a tionem illam,ext.e.ti.c.fi.[a] † ¶ Xxvij.Dando monacho licentiā
7 eundi ad ſcholas.ext.ne clerici vel mon. non magno.& de magi-
b ſtris ſuper ſpecula.ſecundum ſanum illorum iurium intellectū.[b]
¶ Xxviij.Cum illo,qui priuſquam fieret monachus,ordinē furti-
ue recepit ext de eo,qui or.fur.re.cum H. ¶ Xxix. Cum illo,qui
priuſquam religionem aſſumeret, excommunicationem ꝓpter
manuum iniectionē violentam in clericum incurrerat: & etiā cū
monacho,qui ſimilem excommunicationem incurrit: ſi ꝑ igno-
rantiam iuris vel facti excommunicatus ordinem ſacrum recepe
rit: niſi ꝯ ignorantiam violenter ꝑſumatur.ext.de ſen.exc cum il-
lorum.ꝓpe fi.ext de eo.qui fur.or.rec.c.2.pōt etiam monachum
c ſuum,alium monachum verberantē abſoluere.eo.ti.per tuas.[c] &
c.monachi.ſecus ſi clericum percuſſerit ſecularem:vt in prę.con-
d cor.[d] ¶ Xxx. Poteſt diſpenſatiue excommunicatum à ſe recipe-
re ſine iuramento cum manuali promiſſione.ext.de ſen. excom.
ſu ꝑ eo.ſed ibi loquitur de legato. ¶ Xxxi. Vt monachus remaneat
in domo propria vtens ibi reb.propriis, vt ext.qui cler. vel vo. c.
fi. ¶ Xxxij.Abbas ſacerdos,qui recepit manus impoſitionē,iuxta
morem ꝑficiendorum abbatum,pōt in ꝓprio monaſterio ꝯferre
e clericatū,vt ext.de æta.& qual.cum ꝯtingat.69.diſ.c.1.[e] ¶ Xxxiij.
Diſpenſat in regulæ obſeruantiis remittendis, vt 20.q. vl.c.fin.de
conſe.diſt. 5.carnem.ſaltem in his,quæ non ſunt de ſubſtantia. ar.
ext.de vi.& hone cle.Deus ¶ Xxxiiij. In pœnitentia ſuo arbitrio
imponenda ei, qui monaſterium ingreditur. Non eſt enim certa
delicti ſatisfactio iniungenda ei cuius totum vitæ tempus obe
dientiæ impenditur creatoris: vt de pœni.diſtinc.1.quis aliquan-
do. §. his auctoritatibus. ¶ Xxxv. Cum monacho, qui muta-
to habitu ſine licentia abbatis in alio monaſterio recepit ordi
nem: vt no. Gof.ext de tempo.ordin.ex parte, Prohibetur autem
abbas,vel epiſcopus diſpenſare, vt in eodem monaſterio ſint mo
nachi & moniales.18.q.2.diffinimus.& c.in nullo. & c.monaſte-
ria.& c.ꝑniciotam.Item non pōt abbas diſpenſare, vt monachus
mortaliter peccet: imo monachus ei obedire non tenet̄.11.q. 3.ſi
quis eps. 2. Item non diſpenſat,vt defectu ſumptus monialis ſer-
uiat clericis.81.diſt ad reatum. Poteſt autem monachos verbera-
re,ſi ſe uerbo non corrigant,ut 45.di.cum beatus.§.Salomon. 23.
f q.4 c.fi.[f] † ¶ Princeps quoq;,[g] qui alium non recognoſcit ſupe-
g riorem in terris,niſi ſolum papam, diſpenſare pōt quia per reges
& princeps omnia Deus tribuit humano generi: vt 8.diſt.quo iu-
re.C.de quadri præſc.bene. 23.q.vlti.conuenior.& c.ſeq. Diſpen
ſat enim Imperator in animaduerſionis ſentētia.11.q.3. cū apud.
23.q.1.paratus.1.q.1 quod quidam.Item in abolitione infamiæ,
quam facere poteſt, & debet: & non ſolum princeps hoc pt, imo
& iudex.C.de aboli.l.abolitio.Item princeps reſtituit ad famam,
& natales primos,& ad ſtatum primum,& ad honores, & ad or-
dinem proprium:ut C.de ſent.paſ.& reſt l.1.¶Et hoc uerum eſt,cū
ſpecialiter reſtituit.alias autem ſolum indulgentiam facit, ſed in-
famiam non tollit.Nam indulgentia quos liberat, notat: vt C. de
genera aboli.indulgentia.quæ eſt.2.q.3 §. notandum.prope fi. C.
de ſen paſ.& reſ. cum patrem & l.tutor. & l generaliter.Item re-
h ſtituit illegitimos filios natalibus[h]. & facit eos patribus legitimis
ſuccedere.in Auth n.coll.7. quibus mod.nat.eſſi.leg. §.1.& 3 cir-
ca medium.Poteſt enim in hoc leges tollere: quia non habet im-
perium par in parem extr.de elect.c.innotuit. ff de ar.nam magi-
ſtratus. ¶ Item Imperator,vel rex, qui non habet ſuperiorem,le-
gitimat proprium filium,tanquam princeps ſubditum, non tanq̄
pater filium. ext. qui fi. ſint legi.per uenerabilem.§. uerum. & in
Auth.qui mo.na.eſſi.legi § illud. Item diſpenſat cum ſeruo alie-
i no,& eum reſtituit primis natalibus liberorum.[i] 12 q.3.qui ma-
numittit,Item generaliter ꝯcedit priuilegia,& abſolutiones,reſti
tutiones etiā ꝯ ſententias,& in criminibus.3.diſt.regula.§.porrò.
4.diſt.§.fi.96.diſt.Conſtātinus.97.diſt uictor.1.q.1. quod quidā.
12 q.2.eccleſiarum ſeruos.& in præ §.illud.& §. notandum.& ff.
de ſen paſ.& reſt.l.1.& 2. Vtrum aūt reges uel collegium cardina
liū poſſint in integrū reſtituere laicos,& quos,& ad quæ. no. ſ'm
9 papam de re iudi.cum te.† ¶ Capitulum etiam quandoq; diſpen
ſat:ut ext.de ſimo ex inſinuatione.& ext de preb.cum non igno-
res.16.q.1.alia.nam capitulum ꝯparatur ſenatui: ut ea q. eccleſiæ.
ſed ſenatus reſtituit aliquē famæ ſuæ.ff de poſtu l.1 §. de qua. er-
k go & capitulum hoc poterit. papa no.[k] ext.de eo qui fur or.re.[l]
l ꝙ abbas,archi.uel alius prelatus ſub epiſcopo,uel etiam capitulū,
diſpenſare non poſſunt: minores enim ꝑlati ardua ad epōs debēt
deferre ut ext.de off.archi.ad hæc.18.diſt.c.1. nec uideo qualiter
pro capitulo inducta faciant pro ipſo.Io.tamē no in præ.c eccle
ſia ꝙ capitulum eligendo aliquem indignum,intelligitur diſpen-
ſare cum illo,niſi ſit talis caſus in quo prohibita ſit ei diſpēſatio:
10 †Item concilium diſpenſat ... ur & no.82.diſt.
11 præsbyter in ... S V M M A R I V M. ... eſt ꝯ canones
pœnitentiale *aliud ſimplex, aliud compoſitum: & ſim* ... tempora.& di-
xi in Repertorio ſub tit,de pœ.& remiſ. in rub.hę ſunt pœniten-
tiæ a canonibus diffinitę.[m]

ADDITIONES.

a c.fi. ¶ Idem dicit Io.de Deo in articulo 7.3.col.Sed neuter hoc probat,quare ꝯrium videtur, cum vi præcepti facta ſit hæc prohibitio in ꝯſtitutione ꝑdicta circa monachos etiam nigros, ſpecialiter eſt prouiſum, & prohibitio innouata ſub rubrica de creatione monachorum,in fi.

b Intellectum. ¶ Per Decr.ut periculoſa.ne cleri.vel mo.neceſſaria eſt licētia abbatis cum conſilio ꝯuentus: alias eſt pęna excommunicationis monacho vt ibi. ¶ Adde,plenè per Abbatem conſ.93.li.1.& ibi an poſſit obligare bona monaſterii pro neceſsitatib.ſtudij:& quomodo poſſit agere cum abbate, quod mittat ad ſtudium.

c Per tuas. ¶ Nil facit.ſic poſuit Io.de Deo in tertia col.cuius errorem auctor ſequitur.

d Concor. ¶ & de ſen.excom.religioſo.1.reſpo.lib.6.

e c.1. ¶ Hoc verum quo ad ſuos monachos, vel conuerſos, vel eos,in quos habet epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi, alias non: vel niſi priuilegium habeat.de priu.abbates.in fi.lib.6.

f c.fi. ¶ Et eſt expreſſum de ſent.excom.vniuerſitatis.

g Quoq;. ¶ Nonus articulus Io.cuius fuerunt verba ſequentia vſq; prope finem,ibi: vtrum. ¶ Adde ver.ſeq.ad differentiam inter reſtitutionem & indulgentiam Bal.& Imo.in l.liber homo.§.ſi hæres. de hæred.inſtit.an ſtantę ſtatuto, ꝙ banniti rebanniantur, videantur habere reſtitutionem,uel ſimplicem indulgentiam.uide Bar.in l.j.§.ſi.ff.de quæſt.

h Natalibus. ¶ Non tamen per id cenſentur legitimi ad ordines. De hoc j.§. fi.uer.ſed illud queritur.

i ¶ Liberorum. ¶ Vt ſcilicet dominus non habeat patronatum,ut ibi patet.

k No. ¶ Et Hoſt.

l Or.re. ¶ c.2.& ibi dixi in ult.gl.& idem dixi de poſtu.præla.c.ult.ut ibi ſcripſi ad fi.ul.gl.& uide j.§.uidendum.uer.quid ſi collatio.

m Diffinitę. ¶ 16.tales canones collegit Hoſt.in Sum.de pœn.§.quæ pœnitētia.ſub §.ut aūt.Sed plures ponit ibi auctor,& ibi tractās in prin. an ſint pęnitētiæ arbitrariæ in caſib.ubi ſunt ꝑ canones expreſſæ.de quo Ioan.de Deo articulo 8.& tenent, ꝙ ſic ex cauſa, Bene facit de pœ.& re.Deus qui.quidam no.de pęnitentia.diſ.1.menſuram.ubi etiam no.quid ſi ſacerdos male fuerit arbitratus.alias quæſtiones proſequitur Io.de Deo,quæ non reſpiciunt propoſitum,ſed ponebat alios quatuor articulos diſpenſationum,ſcilicet domini cum uaſallo. item patris cum filio legitimo & non legitimo, item mariti cum uxore:item ſocij cum ſocio,& donatoris cum donatario:quas ut exquiſitas auctor omiſit.

## ¶ Diſpenſatio qualiter & quando ſit facienda.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sacerdos ſine iuſta cauſa & indiſcrete diſpenſans,deponendus eſt.*
2 *Diſpenſatio debet fieri per epiſcopum cauſa cognita ſummarie,cum egeat conſilio. & inter maiora negotia computetur.*
3 *Epiſcopus ſcienter faciens contra ius commune,neminem tamen lædens.ſi factum tale eſt,quod in eo poteſt diſpenſare,habetur pro diſpenſato.*
4 *Epiſcopus promouens indignum,an intelligatur diſpenſare cum illo.*
5 *Peccans enormiter & manifeſte,deponitur:nec promouetur ſine ordinarij epiſcopi diſpenſatione.*
*Diſpenſatio quomodo fiat cum redeunte ab hæreſi.*
6 *Diſpenſatio cum cauſæ cognitione ſummaria danda eſt.*
7 *Exceptio de crimine non eſt facienda contra electum,quem conſtat de peccato ueram pęnitentiam egiſſe: vnde nec tali neceſſaria eſt diſpenſatio.*
*Accuſari præſumitur mala intentione,qui de crimine pęnitentiam egit.*
8 *Diſpenſatio obtenta pendente accuſatione,vel exceptione,an valeat.*
9 *Diſpenſator attendere debet dignitatem ad quam vocatur electus.*
10 *In exceptionibus oppoſitis contra electum, ſemper debet fieri interpretatio in meliorem partem.*
*Electio non caſſatur,cuius crimen eſt modicum,aut nemini nocivum.*

9 §. Qualiter autem & quando facienda ſit diſpenſatio,breuiter perſtringamus:& quidem facienda eſt ex iuſta & certa cā.& magna hoc exigente,ut j.q.7.& ſi illa & s.§ genera.Is tamen,qui diſpenſat,omnia illa,quę ibi enumerant, diligenter penſare debet: alioquin non diſpenſatio, ſed diſſipatio potius dici debet.nam ſi is qui prælatus eſt,debitori dominico culpas impune dimittit: nō mediocriter ꝓfecto offendit qui debita cœleſtis regis, & Domini ſua præſumptione reſoluit, Ea namq;,quæ in nos committunt,facile dimittere poſſumus:ea uero q̄ in Deum ꝯmiſſa ſunt, cum magna diſcretione nec tñ ſine pœnitentia poſſumus relaxare,ut 20 q.4.ſi is,qui quia quandoq; eſt culpa relaxare uindictam,ut 28 diſtinc quia ſunt culpæ.Debet ergo fieri diſpenſatio poſt peractam pœnitentiā, uel partem ipſius,ut extra,de iud at ſi clerici § de adulterijs.& 82.diſt §.qui autem.& c.presbyteri.ad fi. ſed & qui indignum ſciēter promouet,
1 grauiſſime peccat.49.diſtinct. † ¶ Sacerdos qui ſine iuſta cauſa diſpenſat, propter indiſcretam diſpenſationem deponendus eſt, ſi ſuper hoc accuſatur. 51.diſt c.1.in fi & c.qui in aliquo.in fi.Quod forte obtinet, ſi canonice monitus, ſit incorrigibilis, & propter hoc ſuſpenſus adhuc in ſua contumacia perſeueret, uiolans ſententiam

tentiam

tentiam ſuſpenſionis,ſecundum dom.meum.arg ext.de præben.
graue.§.volentes, & de vi.& hone.cle.vt clericorum.§.ſi quis igi
tur.& extr. de exceſ.præla.tanta † ¶ Debet autem fieri diſpenſa-
2 tio per epiſcopum cauſa cognita ſummarie,cum egeat conſilio,
& inter maiora negotia computetur.ut patet 1.q.7.requiritur.§.
niſi rigor.& c.ſeq & §.neceſſitatis. & ca.ſe.& §.vtilitatis.& § ſeq.
& niſi fiat de conſenſu canonicorum,uel maioris partis,non ua-
let:ut dicunt quidā.ar.extr.de his quæ fi.à prela.nouit.& c.quan-
to.extra, de exceſ.præla.c.1.& 1.q.5.præſentium.in fi.ubi de hoc.
& de hoc no.50.diſt.ex penitentibus.& 86.diſt.ſi quid. Alii dicūt
aſſenſum capituli in diſpenſationib.de honeſtate,non neceſſitate
requirendum : nam iure ſuo poteſt epiſcopus diſpenſare: & hoc
communis uſus tenet.arg.extr.de iudic.c.at ſi clerici.§. de adulte-
riis.ibi : poterat epiſcopus, & c.& in præd concor.in quibus nulla
a de capitulo mentio fit. [a] Quibus autem,& quot modis fiat diſpē
ſatio:& qualiter formentur ſentētię ſuper diſpenſationibus,no.
3 j.de ſententia.§ vt autem.verſi.poſtremo,& ſeq. † ¶ Dicunt aūt
quidam ꝙ vbicunque epiſcopus ſcienter facit aliquid contra ius
commune:& eſt tale factum,in quo ipſe diſpenſare poteſt,pro di
ſpenſatione habetur, maxime ubi nullus ex hoc læditur:ut extr.
de biga.ſuper eo.& extr.de cler.coniug.diuerſis.& extr.de fil.pre
b ſby.veniens.& de Apoſta.c.1. [b] in quib.no.de hoc.& j.ver.prox.
Alii dicunt,& melius,ꝙ ad hoc vt diſpenſare intelligatur, opor-
tet præcedere ea quæ præſumi faciunt diſpenſandi voluntatē, ſci
licet,ꝙ præceſſerit cognitio ſummaria ſuper cauſis diſpenſatio-
nis:puta, an ſit neceſſitas uel utilitas.uel alias iuſta cauſa ſubſit.ff.
de in ius uoc.l. libertus.1.q.7.requiritis.§. niſi rigor.& c.ſeq.& ēt
neceſſaria eſt ſententia diſpenſationis uel potius decretum ſuper
diſpenſatione conceſſa,ſcilicet dicendo,Decerno eum idoneum
ad ordinem&c.vocatis forte his,quorum intereſt: ut 1.q.7 quo-
niam quicquid.ꝙ non puto,ꝙ ſint uocandi. Aliter autem, ut di-
cunt,præſumitur temerarium factum epiſcopi, nec pro diſpenſa
tione habetur:imo epiſcopus punietur:Quod non fieret,ſi diſpē
ſaſſet prout deberet in caſu ſibi diſpenſabili,& ſucceſſor ut ſupe-
rior poterit contrauenire.51 diſt.qui in aliquo.81.diſt.quicunq:.
4 † ¶ Nunquid ergo epiſcopus promouendo indignum : intelligi-
tur diſpenſare cum illo ? Et uidetur ꝙ non : ut in c.qui in aliquo,
circa prin.ibi,qui concubinas autem, &c.& 81.diſt.ſi qui.extr.de
præben.referente.Semper enim epiſcopus diceret ſe diſpenſaſſe,
ut non puniretur.arg.contra, ꝙ ipſo facto diſpenſet.54.diſt.ſi ſer
uus extr.de filijs preſbyter.veniens.extr.de ſent.excom.ſi aliquā
do,& extra,de app.dilecti fil'j.& extr qui ma.ac.poſ.per tuas 28.
diſt.diaconi.extr.de reſti.ſpol.literas verſic.opinioni.vbi dicitur
ꝙ eccleſia mandando, vel diſſimulando diſpenſat.Ioan.dixit ꝙ
circa notum ſolo facto diſpenſat,ſed non circa ignotum.Tu dic,
ꝙ ſi epiſcopus dicit ſe diſpenſaſſe,vel aliquis dicat ſeum diſpenſa
tum eſſe,non eſt ei credendum, niſi hoc probet.Debet enim diſ-
penſatio probari per teſtes: vel etiam per literas diſpenſationis:
vbi crimen occultum fuit quis epiſcopo confeſſus ſecrete, & de
diſpenſatione obtenta habuit literas, prout legitur & no.extr.de
ſchiſma.c.2.Neceſſaria eſt ergo expreſſa diſpenſatio, ut ibi : & ēt
in beneficiis,ut no.extr.de conceſ.præb.literas.& s.uerſi.dicunt.
Illud autem no.ꝙ facilius diſpenſatur in ordine ſuſcepto , quam
in ſuſcipiendo , vt 50 diſt.quicunque.¶ Qualiter & in quibus di-
ſpenſetur cum redeunte ab hæreſi, no.12.diſt.nos conſuetudinē.
extra,de elect.quia diligentia.uel cum ordinato ab hæretico,uel
præciſo ab eccleſia , uel excommunicato 9.q 1.in ſumma.& c.ab
excommunicatione.Hoc etiam ſcias, ꝙ quandoque diſpenſatur
cum aliquo in alterius odium , ut extr de iureiu. ſi uero.cum ſuis
c concor.[c] arg.contra,16.q 7.c.1 uerſi has uero.Hoc quoque no-
tandum,ꝙ delicti manifeſtatio prohibet diſpenſationem,ſaltem
propter ſcandalum,ut extra de apoſta.c 2.quod non eſt in occul
to peccatore, qui poſt peractam pœnitentiam in ſuſceptis rema
nere,& ad ſuperiora aſcendere poteſt,præterquam reus homici-
dii.Si autem crimen non eſt manifeſtum, id eſt notorium : eſt ta-
men tale,de quo quis accuſari poteſt, & conuinci , tunc habet lo-
cum diſpenſatio.Hæc probantur extra , de temp.ord.c.ſi.& not.
5 eod.tit.ex tenore & 50.diſt.in ſum.& c.de his uero.† ¶ Vt autem
hic articulus plene liqueat, nota ꝙ ſi peccatum alicuius eſt enor-
me & manifeſtum,deponitur:nec promouetur ſine diſpenſatio-
ne ordinarii epiſcopi , 50.diſt.miror & c.de his vero. Si autem eſt
enorme & occultum,parte pœnitentiæ paracta,poteſt miniſtra-
re in ordinibus ſuſceptis : monendus eſt tamen à ſuo confeſſore,
ne ad ſuperiores aſcendat : ſed ſi omnimodè aſcendere voluerit,
non eſt prohibendus ut in cap ex tenore nec peccat ordines reci
d piendo,ſecundum papam: [d] ut extra,de apoſt c 2 in fi.& extr.de
tempo.ordi c.fi etiam ſine diſpenſatione epiſcopi:quia ſufficit ſa
cerdotis abſolutio ex clauium poteſtate.ar.6 q.1.illi,qui abſtinen
do.tamen ex humilitate meretur.Et hæc uera ſunt,niſi ſit tale cri
men,quod etiam poſt peractam pœnitentiam executionem offi-
cii impediat : de quo no s.§.iuxta.uerſi.ſunt quoque.quia talis &
ſi prohiberi non poſſit,quia peccatum eius eſt occultum,extr.de
ſim.ex tuæ,& arg.6.q.1.ſi tantum & c.placuit.peccat tamen, ſiue
miniſtret,ſiue promoueatur.ar.1.quæſt.1.erga.ext.de ſimo.Mat-
theus.& ſolus papa cum eo diſpenſat ſecundum dō.meum: ut s.
§.nunc de epiſcoporum.uer.prohibetur.Ceterum ſi eſt modicū,
ſiue mediocre & occultum, forte non eſt monendus ut abſtineat
à ſuſceptione ordinum Talis enim poſt peractam pœnitentiam li
cite poteſt miniſtrare,& ad ſuperiores aſcendere ſine diſpēſatio-
ne.Si uero eſt mediocre & manifeſtum,& eſt cōuictus in iudicio,
vel metu probationis confeſſus deponitur: 16 q.ulti.ſi quis pre-
ſbyter.81.diſt.c 1. Si autem euidentia rei , uel ſpontanea confeſ-
ſione : tunc acta pœnitentia poterit cum eo miſericorditer agi,
quandoque plus,quandoque minus inſpecta perſonę probitate,
& aliis circunſtantiis,ut in d.c.ſi quis preſbyter.& 50.diſt preſby-
terum. Vocatur autem mediocre mortale ſecundum do meum
in Summa , extr.de tempo.§.ei cui.uer.quod autem uocetur me-
diocre delictum,periurium ſcilicet , adulterium, furtum,falſum
teſtimonium,&c.ibi vide.& hæc vera ſunt,ſi ueram egit peniten-
tiam : ſecus ſi ſimulatam: vt ea di.ut conſtitueretur.¶ Porrò licet
ſancti patres ſtatuerint , ne conuictus de crimine ſiue penituerit,
ſiue non,debeat promoueri,ſed promotus deiiciatur,& deiectus
non reſtituatur:ut 50.diſt. preſbyter.& c.peruenit.& cap ſi poſt.
non tamen propter hoc eſt epiſcopis adempta poteſtas diſpēſan
di cum uere penitentibus , præſertim ubi ſcandalum nō timetur:
ut ea.diſt.ut conſtitueretur.& c.domino ſancto. Diſcretus tamē
ſit in diſpenſando epiſcopus,ut attendat ſcandalum, conditionē
perſonæ,utilitatem, & neceſſitatem eccleſiæ, & utrum peregerit
partem penitentiæ,& alias debitas circunſtantias,ut s.§ diſpenſa-
6 tionum . † ¶ Diſpenſatio enim cum cauſæ cognitione ſummaria
danda eſt,ut s.uerſic.debet autem hinc eſt, quod ſi quis fuerit in
mortali peccato deprehenſus, ſtatutum eſt , ne celebret propter
ſcandalum , quod eſt in populo de oblatione talis:ut 50.diſtincti.
de his uero.Et idem eſt , ſi confeſſus fuerit , uel conuictus,uel ali-
ter ſit notorium : ut ea.diſtin.ſi quis diaconus.& c. ſi epiſcopus.&
in præ.Decret.ex tenore, eod.titu.c fi.niſi fuerit diſpēſatum cum
eo.81.diſtinct.miniſtri.& 82.diſtinct presbyter.quod fieri debet,
ſi uere peniteat:ut in pręd.Decret.ex tenore.& 50.diſtinct.ſi quis
diaconus.Sed nonne idem ſcandalum remanet, etiam ſi fuerit di-
ſpenſatum? Videtur ꝙ ſic : quia licet per penitentiam animas ſal-
uare poſſumus,infamiam tamen abolere non poſſumus, & pena
poteſt demi, culpa perennis erit : ut ſecunda quæſt.3.Euphemiū.
e §.hinc colligitur.Sed dic, [e] quod non quantum ad catholicos,fir
miter credentes , ꝙ prælati poteſtatem habent ligandi atque ſol-
uendi , & etiam diſpenſandi. 50 diſtinctione.ponderet.& cap.ut
conſtitueretur.De hæreticorum autem ſcādalo non curamus: ut
patet 11.q.3.inter uerba.extra,de voto.magnæ.§.cum igitur.uerſ.
de illis.argu.tamen contra.extra, de ſacra unctio cap.unico.§.ad
f exhibendum.[f] Si autem crimen occultum ſit,quantumcunq; gra
ue ſit,acta penitentia , uel parte eius celebrare poteſt, etiam ſine
diſpenſatione:ut in præd.Decre.ex tenore.& eod.tit.ad aures.&
de apoſt.c.2.niſi tale fuerit crimen, quod etiam poſt peractam pe
nitentiam officii executionem impediat , vt prædixi . Irregularis
autem ſine diſpenſatione celebrare non debet: ut 50.diſtin.ex pe-
nitentibus.cum ipſo tamen,ſi ſit occultus,eſt diſpenſandum ſecū
dum papam:ut extra,de renun.niſi.§.perſonæ.hoc proſequere ſe
7 cundum eum,prout not.in præce Decre.ex tenore. † ¶ Diximus
ergo qualiter & quando ſit cum ordinando diſpenſandum: nunc
dicamus qualiter & quando diſpenſandum eſt cum promouēdo
g ad honores Super quo dicunt quidam, [g] quod ſi conſtat aliquē
electum ueram de peccato egiſſe penitentiam: de æquitate ex offi
cio iudicis non eſt contra eum admittenda exceptio de crimine,
in quo non ſit neceſſaria diſpenſatio s. verſi proxi. licet de rigo-
re iuris poſſit admitti, argu.2.q.7.requirendum.alias,quærendū.
Sed & accuſator tunc repellitur,quia præſumitur mala intentio-
ne accuſare eum,qui penitentiam egit : niſi forte ſuam uel ſuorū
iniuriam proſequatur.4 quęſt 5.omnibus. Alii dicunt,quod ubi-
cunque accuſatur aliquis de crimine , uel contra eum excipitur,
ſemper

ADDITIONES.

a Mentio fit. ¶ De hoc no. de elect.cum ex eo.in gl.licet igitur.lib.6.
b c.1. ¶ Erratum puto forſan ex vicinitate : quia text. vel glo. nil ad propoſi-
tum: Sed in Decre.prædicta, ſcilicet ſecunda de ſchiſma.eſt materia,quę ēt
j.allegatur.& quæ contigua eſt iſti.
c Concor. ¶ Quę not.ibi. in vlti.glo. Hoc dictum non procederet ſecundum
Gof.quod patet ex eo,quod ibi ſcripſi in glo.fi.Ad contrarium reſpondetur
per ea,quę ſcripſi de pręben.de multa.ſuper ver.ratio.& de conſti.cum om
nes.ſuper glo.ſic ergo.
d Secundum papam. ¶ Vt ſcripſi in pre.c. ex tenore.ſuper gl.[illegible]
e Sed dic. ¶ Secun[illegible] ¶ De hoc [illegible] x te[illegible] vt j.ſequitur.
f Exhibendum. ¶ S[illegible]unquid eccleſia data in com[illegible] graui. vbi not. de voto.ma-
gnæ.ver.cum igi[illegible]um.& in cap.ſi propter.de reſcr.lib.6.& p[illegible]
g Quidam. ¶ Ingr[illegible]

ſemper neceſſaria eſt diſpenſatio:ſiue ſit crimē enorme, ſiue me-
diocre, ſiue modicum. Nec obſtat ſupra uerſiculo proxim quia
diſtinctio illa locum habet, quando is, qui petit ordinari, nō accu
ſatur, nec excipitur cōtra eum. Et ex hoc apparet, quod cum de
legatus diſpenſare nō poſſit, omnem exceprionem cuiuſlibet cri-
minis admittere debet: prudenter tamē aget, ſi priuſquam in cau
ſa procedat, hoc referat deleganti, ut per illum, ſi expedierit, di-
ſpenſetur. argumen. extra, de off. archidiaco. ad hæc. §. item in epi
ſtola. & de offi. archibresbyt. c. fin. in fin. Sed uidetur quod etiam
delegatus nequeat diſpenſare. Nam priuilegium lite pendente im
petratum, non valet: vt extra, vt lite penden cap. fi. extra, de teſti.
8 cauſam, quæ. † ¶ Ergo pari ratione nec diſpenſatio pendente ac-
cuſatione, vel exceptione obtenta valere debet. Ad quod reſpō-
deo, quod aliud eſt in priuilegio, per quod fit alii præiudicium: &
aliud in diſpenſatione, per quam nemini præiudicatur: ſecus ta-
men eſſet, ſi per eum alicui fieret præiudicium. Nam & priuile-
gium, ſi nulli afferat præiudicium, poteſt lite pendente impetra-
ri. Præterea cum nondum ſit probatum crimen, bene poteſt di-
ſpenſari. extra, de exceptio. Apoſtolicę. extrà. de cleric. excommu
ni. mi. Apoſtoli. extra, de ſenten. excommu. venerabilis. & vide ꝙ
not. ſupra §. nunc de epiſcoporum. verſicu. quid ſi electus. Hæc
vera ſunt, ſi obiiciatur electo crimen præteritum, de quo pęni-
tentiam egit. j. §. proxi. verſicu. ſed quid ſi aliquis. Si vero ei obii-
ciatur crimen, in quo perſeuerat, & de quo pęnitentiam nō egit,
ſemper eſt exceptio admittenda. 50 diſtinct. abſit. 34. diſtinct. cap.
1. 25. diſtinct. cap. fin. in occultis etiam, de quibus poſt electionem
tantum pęnituit, poteſt diſpenſare cum eo: extra, de renun. niſi cū
9 pridem. §. 1. † ¶ Porrò diſpenſator debet diligenter attendere di
gnitatem, ad quam vocatur electus: quia facilius diſpenſabit in
minori, quam in maiori. arg. extra, de elect. ſcriptum. § penul. arg.
tamen contra, extra, de tranſla. c. fi. §. 1. verſi. vnde licet. ſed verba
a ibi poſita contrarium ſoluunt. [a] Item conſiderare debet qualita-
tem perſonæ. Nam facilius diſpenſabit cū gratioſo, propter mul
tas bonas dotes, quam cum minus grato. extr. de præben. de mul
ta. § fin. Item facilius quis repellitur ab obtinendo, quam deiicia-
tur ab obtento. extr. de iureiuran quemadmodum. §. ſi poſt. Item
conſiderandū eſt, quare accuſatio vel exceptio proponatur: nam
ſi proponitur, vt quis repellatur à promotione: tunc cum accu-
ſato, ſeu cum eo, contra quē excipitur, diſpenſatur. Si vero ideo,
vt repellatur de accuſatione, vel teſtimonio in cauſa criminali:
tunc non diſpenſatur cum eo: quia huius accuſatoris, ſeu excipiē-
tis illaudabilis eſt intentio. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus & quia fieret in
præiudicium eius, qui accuſat, vel teſtes producit. 2. q. 3. Paulum.
10 † ¶ In ſumma notādum eſt, ꝙ in huiuſmodi exceptionibus, quæ
opponuntur contra electum, ſemper probationes & dicta in me-
b liorem partem interpretanda ſunt [b] extra, de regulis iur eſtote.
niſi forte alias probationes probabiliores in contrariū moueant
iudicem, extra, de elect. cum inter R. ſeniorem de præſumptio.
quia veriſimile. Hæc autem interpretatio latior fiet: quando ex-
cipitur, quam quando quis accuſatur: nec iudex eccleſiaſticus de
bet admittere illum qui libidine vindictæ accuſat. Item ſi in mo-
dum exceptionis probatum fuit crimen de quo electus pęniten-
tiam egit, vel egiſſe præſumitur. & crimen eſt módicum, vel non
eſt inde exortum ſcandalum, nō ſemper caſſatur eius electio: ſed
ei alia pęna imponitur. extra, de electione. quod ſicut. ſexageſi-
materia diſtinct. Salonitanæ. extra, de homicid. ex literis. 1. §. fi. ſe
cundum Papam, quod proſequere ſecundum eum, prout not. in
c prę. Decr. dudum. [c] Sed dominus meus dixit, quod & ſi papa pro-
bato crimine in modum exceptionis, uel denunciationis, uel ac-
cuſationis hanc gratiam facere poſſit, licet non deceat: non tamē
hoc alii iudici facere licet: quamuis aliud ſit de illo dicēdum, qui
ſuo proprio motu petit conſilium ſalutare. arg. extra. de homi ſi-
d gnificaſti. 3. §. 1. uerſ. & quidē extra, de ele innotuit. prope prin. [d]
Poſtremo nota ꝙ is, cui mādatur ꝙ diſpenſet cum monachis, di-
ſpenſare etiam poterit cum abbate: ut extra, de ſimonia. cap. fin.

ADDITIONES.

a Soluunt. ¶ Solue vt ibi dixi ſuper ver. diſpenſare, ſcilicet illud procedere, quando ſolum vinculum eſt impedimento.

b Sunt. ¶ Hanc partem & eius exempla plenius vide de elect. dudum. 2. poſt prin. ſuper verſi. obiecta.

c Dudum. ¶ Hic eſt erratum, quia in toto iſto. §. non allegauit decre. dudum. 2. de elect. de qua intendit, & ibi ſcripſi ſuper præ. glo. in gl. hic non facit. & ibi in fi. inuenies dictum Hoſt. quod ſequitur.

d Prin. ¶ Et vide quod poſt ipſum Hoſti. dixi de cleric. excom. mi. cleric. ſuper 1 gloſſ.

¶ De diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficiorum aliud ſimplex, aliud compoſitum: & ſimplex beneficium quid ſit.*
*Actio nouiter inducta non tollit veterem, niſi hoc expreſſe dicatur.*
2 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt in diuerſis epiſcopatibus, propter iuris impoßibilitatem.*
3 *Collatio præbendarum, ſi pertineat ad regem, vel abbatem, vel capitulū, vel decanum, an poterunt diſpenſare cum aliquo in duabus præbendis.*
4 *Papa literis conferens aliquod beneficium cum clauſula, Non obſtante, & c. literis appoſita, an hæc ſufficiant ad beneficium obtinendum.*
5 *Retinere an poßit quis de iure ſine peccato, & abſque diſpenſatione, plura beneficia.*
6 *Conſuetudo generalis interpretari dicitur, quam papa ſcit, & tolerat, vnde eam approbare videtur.*
7 *Beneficium duplex aut compoſitum quid ſit.*
*Caſus, in quibus quis plures eccleſias habere poßit.*
8 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare, ut quis habeat duo beneficia ſimplicia.*
9 *Diſpenſare an poſſit epiſcopus, ut quis habeat duo beneficia, unū ſimplex, & aliud duplex.*
10 *Curam animarum poteſt quis diſpenſatiue habere cum una præbenda.*
*Recipiendo ſecundam curam animarum, non uacat prima præbenda.*
11 *Irregularis eſt & ineligibilis, qui plura tenet beneficia cum cura ſine diſpenſatione.*
12 *Suppreſſio veritatis, & expresſio falſitatis, reddunt indulgentium inualidam.*
13 *Indulgentia alicui facta, quod præter obtenta posſit vnum beneficium curam habens animarum recipere, & licite retinere, an ſit valida*
14 *Impetranti indulgentiam ſumme nocet mendacium.*
15 *Indulgentia plurium beneficiorum contra intentionem domini papæ, non ualet.*
16 *Diſpenſatio tenens in maiori, per conſequens in ſimili vel minori tenebit.*
17 *Diſpenſatio, in qua dicitur, licere perſonatum vnum recipere, & ſimul cū obtentis retinere, & prius habitum eſt vnum beneficium canonice, & aliud minus canonice, an ualeat.*
18 *Indulgentia ſi ſit alicui data, poſſe plures eccleſias tenere, an intelligatur diſpenſatus, ut in neutra teneatur reſidere.*
19 *Papa dans alicui poteſtatem dispensandi cum aliquibus in pluralitate beneficiorum, quomodo intelligatur.*
20 *Dispensatio an ualeat, non obſernata conditione, uel clauſula in ea appoſita.*
21 *Tenens plura beneficia cum cura, ſine dispensatione, an poteſt eligi ad minora.*
22 *Impetrans indulgentiam de beneficio inſufficienter & minus canonice obtento, de perceptis inde fructibus mentionem nullam faciens, an ſit ineligibilis.*
23 *Dispensatio cum aliquo facta, vt ſibi liceat plures perſonatus recipere, ſi ſibi canonice conferantur, ſi eos non canonice recipiat, quid iuris.*
24 *Inſufficiens dispensatio, non confert ius beneficium retinendi: agit tamen aliquid pro dispensato, & aliqualiter obſtat ordinario.*
25 *Ordinarius poteſt conferre beneficia, de quibus in termino per ipſum asſignato non oſtenditur dispensatio.*
26 *Sufficientiam vel inſufficientiam dispensationum, papæ eſt cognoſcere.*

10. §. Dicendum reſtat de diſpēſatione ſuper plu-
ralitate beneficiorum, ſuper quo
a videndum eſt, per quem & in quibus beneficiis [a] diſpenſetur, &
quid iuris ſit de huiuſmodi diſpenſatione. ¶ Primò igitur ſcien-
dum eſt, quod beneficiorum aliud eſt ſimplex, aliud duplex, ſiue
1 compoſitum. † Simplex beneficium dicitur ſimplex canonia cū
prębenda: vel aliud beneficium curam animarum non habens,
Et in talibus, vt quidam dicunt, bene poteſt epiſcopus diſpenſare
ex cauſa, vt aliquis habeat talia plura: vt extra, de elect. c. pen. 16.
q. 1. c. poſſeſſiones. nam dum conſtitutio, extra, de præb. de multa
reſeruat ſpecialiter Apoſtolicæ ſedi diſpēſandi poteſtatem ſuper
pluribus perſonatibus, & beneficiis curam animarū habentibus,
per conſequens videtur relinquere aliis ordinariis poteſtatem ſu
per ſimplicibus diſpenſandi. argumentum extra, de præſump. nō-
ne. 25. diſt qualis. ff. de iudic. cum prætor. Et per contrariam con-
ſuetudinem derogatum eſt illi canoni, 70. diſtin. c. ſanctorum. ubi
interdicitur epiſcopo diſpenſandi poteſtas in pluribus prębēdis:
quam conſuetudinem dominus papa ſcit, & tolerat, & quoad
permittitur, durat, ff. quod cuiuſque vniuer. nom. l. item eorum.
§. pen. Alii vero dicunt, ꝙ nec in ſimplibus poteſt epiſcopus di-
ſpenſare. Nam ille antiquus canon ſanctorum, niſi corrigatur ex-
preſſe,

ADDITIONES.

* Quid ſit dignitas, quid perſonatus, quid officium, & quæ differentia ſit inter iſta. Archid. de hoc in cap. 1. extra. de conſuetud. libr. 6.

a Beneficiis. ¶ Si intelligit de his, de quibus loquitur ca. quod primo allegat, planum eſt: ſi intelligit, ut uidetur perſequentia, de ſimplicibus, de quibus. prox. dixit: contrarium no. in c. literas. ſtatim allegato in fin. ult. glo. & uide quod ſuper ea dixi. ¶ Adde ad uer. ſeq. ibi, ſimplex beneficium, &c. Ioan. de Turrecrema. in capi. ſanctorum. diſt. 70. col. 4. uer. ad tertium. & col. ſeq. ubi pleniſsime examinat, an epiſcopus poſsit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum. Henric. Ferran.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

preſſe, remanet cum nouo ſimul.C de appel.præcipimus. in fin.
Quoties enim noua actio inducitur, vetus non tollitur, niſi hoc
expreſſe dicatur.ff de ac. & obli l.quoties.35.q.3.de inceſtis.in fi.
Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur: vt C.de teſta-
mentis.ſancimus reſponſ.1.Ad hoc etiam facit extra, de præben.
cum iam dudum.in fi.& de conceſ.præb.literas.Nec obſtat,vt di
cunt,ꝙ de ſcientia domini papæ proponitur Nam multa per pa-
tientiam tolerantur, quæ ſi deducta forent in iudicium, non de-
berent mediante iuſtitia tolerari: vt in præ.Decret.cum iam du-
dum.in fi. Ad idem 31.q j hac ratione.in fi.& 32.q.7.Apoſtolus.
in fi Prior tamen opinio verior eſt, & *communiter* obſeruatur: ve-
runtamen epiſcopus nō poteſt diſpenſare cum aliquo ſuper plu-
ribus talibus beneficiis in eadem eccleſia obtinendis:prout colli-
gitur in prædicta Decretali,de multa.§ pen.& in præ. Decre.lite-
ras.eo.tit cum noſtris & ar.ff.ad muni municipes.2.26 diſt acu-
tius.in fine. Sed ꝙ in diœceſi ſua poſſit quis plura talia habere.be
ne diſpenſat epiſcopus ſecundum primam opinionem.† ¶In di-
uerſis epiſcopatibus diſpenſare non poteſt,propter iuris impoſſi
bilitatem,quia teneretur vtrique epiſcopo obedire,& ordines re
cipere ab vtroque,& ab vtroque iudicari poſſet: ꝙ eſſe non pōt,
ſi contraria mandarent, quia nemo poteſt duobus dominis ſerui
re:vt 21.quæſtione prima.ca.1.26.diſtinctione.acutius. Vnde hu
iuſmodi perplexitatem ſolus papa tollere poteſt, ſecundum do-
minum meum, qui diſpenſando videtur ei concedere, quod eli-
gat,cui maluerit obedire.Ber.autem no.extra,de elect.dudum.2.
vtriuſque epiſcopi neceſſariam diſpenſationem eſſe; & ſufficere
quoad hoc arg.extra, de ſenten excom.cum illorum.§.ſi vero.&
de offi.arch.ad hoc.§.fi Sed ſi primum beneficium requirebat re
ſidentiam,diſpenſatio alterius epiſcopi non ſufficit, vt ille poſſit
recipere prouentus prioris beneficii: & ſic poteſt intelligi præ.c.
ſanctorum.Item licet epiſcopus prioris beneficii diſpenſare poſ
ſit tacite vel expreſſe,vel ſaltem ſuſtinere, ſecundum papam,ſine
diſpenſatione, ꝙ habeat canonicatum in alio epiſcopatu, ſi pla-
cuerit ſecundo epiſcopo, vel etiam ſuo:non tamen valet eius di-
ſpenſatio,vt contra ſtatutum, vel cōſuetudinem eccleſiæ habeat
præbendam:quia ſic aliorum præbendæ diminuerentur, & eccle
ſiis eſt ad profectum, vt plures habeant conſiliarios.64.diſtin.ex-
tra. Hoc proſequere ſecundum papam prout not.extra, de cler.
non reſi.c.fi.Goffr.autem dixit,ꝙ nullus, ſolo papa excepto, ne-
que in eodem,neque in diuerſis epiſcopatibus in talibus diſpenſa
re poteſt Et nota,ꝙ expreſſa diſpenſatio neceſſaria eſt in talibus.
Eſt etiam neceſſe,ꝙ fiat ex cauſa, nec intelligitur epiſcopus diſpē
ſare conferendo etiam noto, niſi hoc exprimat. ꝙ dic vt ſupra,
§.qualiter autem.verſi.dicunt autem quidam.& verſicu.ſequen.
3 † ¶Quid ſi collatio præbendarum pertinet ad regem vel abbatē,
vel capitulum, vel decanum:nunquid illi poterunt diſpenſare cū
aliquo in duabus præbendis? Videtur ꝙ ſic, cum non ſit eis pro-
hibitum.argumentum extra,de ſponſa.cum apud.extra, de tran-
ſlatio.epiſc.c.inter poſt medium.Ipſi enim ita poterunt conſide
rare perſonæ merita, ſicut & epiſcopus.Et præterea ipſi vtuntur
iure epiſcopi in collationibus præbendarum:quare diſpenſare po
terunt ſicut ille.Pro rege eſt arg.extra.de conceſ.prẹb.c.fi.pro ab-
bate eſt arg.quia maiora poteſt.ſ.§.ſunt quoque.pro capitulo eſt
arg.extra de conceſ præben.cum noſtris.in fi. de præben.cum nō
a ignores.in fi.& præ.§.nunc breuiter.verſi capitulū.[a] Sed dic con-
tra,ꝙ non poſſunt. De iure enim communi nullus poteſt duo be
neficia obtinere: vt j. ver. illud. Et ſpecialiter permiſſum eſt epi-
ſcopo,vt poſſit in hoc caſu diſpenſare,& ius cōe relaxare: vt ſ.er-
go alii hoc ſibi vſurpare non debent: quia priuilegia ſingulorum
cōem legem non faciunt:vt 26.q.2.non exemplo.& 3.diſt priuile
gium ꝙ ſi fecerint, tanquam violatores canonum puniendi ſunt:
vt 25.q.2.violatores Quod autem rex hoc non poſſit, probatur
extra, de pęnis in quibuſdam.& de offi.leg.dilectus.Quod abbas
non poſſit,probatur extra,de exceſ.prẹl.accedentib.16.q.1.inter-
b dicimus.[b] † ¶Quid ſi papa ita dicit, Dilecto filio magiſtro Gul.
4 Durando,canonico Beluacen.capellano noſtro ſalutem.Confe-
rimus tibi de canatum Carnoten. non obſtante, ꝙ es canonicus
Narboñ.& ibi præbendam obtines. Reſpon. credo, ꝙ abſq; alia
diſpenſatione potero præbendam Narboñ. tenere: cum ſatis ap-
pareat intentio domini papæ ſuper hoc,dum dicit, nō obſtante,
c &c.vt extra, de conc.præb.quia cunctis.[c] Circa præbendam aūt
Beluaceñ.licet non poſſit dici litera ſeu gratia ſubreptitia, pro eo
ꝙ non tacuī, ſed de hac in ſaluatione fit mentio, non intelligitur
mecum diſpenſaſſe:quia expreſſa diſpēſatio eſt neceſſaria,vt præ
5 dixi. † ¶Illud autem quæri conſueuit, vtrum quis poſſit de iure
communi ſine peccato & abſque diſpenſatione plures prẹbēdas,
& plura ſimplicia beneficia retinere? Et videtur ꝙ non: vt extra,
de præb.cum iamdudum.ibi,plures dignitates atque præben.&c.
& in fi.& c.cum non ignores & c.ſuper inordinata, vbi hoc vide
tur expreſſum 70.diſtin. ſanctorum extra, de conceſ.præben.li-
d teras.arg.tamē contra,extra, de excep.cum eccleſiaſticæ.[d] & ex-
tra, de elect.dudum.2.prope fin.vbi prohibetur aliquis habere ti
tulum in diuerſis eccleſiis parochialibus:vnde videtur concedi,ꝙ
poſſit habere in diuerſis ſimplicibus.Sol.Dicūt quidam, quos do-
minus meus ſequitur,ꝙ hodie licet habere plura beneficia ſimpli
cia:cum conſtitutio,de multa, interdicat ſolum de duplicibus,&
in eadem eccleſia. Nec obſtat Decret.cum iamdudum. nam licet
poſſit quis plures præbendas habere, non tamen multitudinem:
prout ibi dicitur.Multitudo enim eſt canonibus inimica: vt eod.
tit.quia intantum.& ſic intelliguntur omnia contraria,vel de be-
6 neficiis curam habentibus animarum. † ¶Et ſic conſuetudo ge-
neralis interpretatur,quam ſcit papa & tolerat: vnde eam appro
bare videtur.arg.4 diſtin § leges in iſtis.Vel ibi habebat ille ſimul
dignitates & præbendas,ꝙ eſſe non poteſt abſque diſpenſatione:
& in hac ſententia concordat papa,dicens,ꝙ quis poteſt eſſe præ
bendarius & canonicus in diuerſis eccleſiis. Quod proſequere ſe
e cundum eum, prout not.in præ.Decre cum iamdudum.[e] Et po-
teſt reſponderi ad iura contraria,prout not.in Summa dominus
meus in tit.de præben ver & qualiter.ſub §.& illud.& præ. Decr.
cum iamdudum ſecundum eum.Et ſecundum hanc opinionem
non eſt neceſſaria diſpenſatio: quia ſuperfluum eſt precibus po-
ſtulare, quod de iure communi competit.C.libr.10.de theſau.l.
vnica.Alii autem inhærent verbis præd.ca. ſanctorum.dicentes,
ꝙ quis poteſt habere plures præbendas in diuerſis eccleſiis pro-
pter honorem perſonæ,vel vtilitatem eccleſiæ:ſed non erit cano
nicus intitulatus, niſi in vna.argumen.72.diſtin.c.1.& 2.extra,de
procur.ex inſinuatione.De iure enim communi, vt dicūt, nullus
poteſt plures præbendas habere, ſiue in eodem epiſcopatu, ſiue
in diuerſis:vt ſ.Et in hac ſententia fuit Ioan.Hinceſt, ꝙ ſi quis in
indulgentia tacet minimum ſimplex beneficium,non valet: vt j.
ver ſed nunquid nocet. Non enim poteſt aliquis eſſe in pluribus
collegiis ſimul.ff.de col.illici.l.1.§.fi.extra,de priuile. volentes.§.
fin.lib.6.de reli.do.c.fi.Nec poteſt plures militias, nec pluſquam
vnius nomen ordinis affectare,nec dignitatem coniungere digni
tati:ſuper quo etiam non poteſt à principe diſpenſatio obtineri:
vt C lib.12.qui mil.non poſ.l.is quidem §.in poſterum.nec duos
honores habere: vt ff.ad muni.libertus.§.præſcriptio.Si igiī hoc
in laicis, & in ſecularibus honoribus ſtatuitur, multo fortius in
clericis,& in eccleſiaſticis honoribus obtinebit.59.diſt. ſi officia.
38.diſt.ſi in laici.Ber.etiam,& do meus no.in præ.Decre.dudum,
2.ꝙ nulli licet habere duas eccleſias,quoad tit.canonicatus: imo
ſi primum beneficium ſit ſufficiens nō poteſt aliud recipere ſine
diſpēſatione.arg.pro eo,1.q 2.clericos.& c paſtoralis.& c ſeq.Su
per hoc not.plene dominus meus in præ. Decre.ſuper inordina-
f ta.[f] & c.literas.& quamcunque opi.ſequaris,per receptionem ſe
7 cundi ſimplicis, non vacat primum ipſo iure. † ¶ Duplex autem
beneficium ſeu compoſitum, dicitur omne aliud beneficiū citra
epiſcopatum vſque ad ſimplex,ſiue ſit dignitas, ſiue perſonatus,
ſiue plebanatus, ſiue quodcūque aliud curam habens animarum
annexam.Et nota, ꝙ nullus poteſt habere duas eccleſias intitula-
tas de iure communi,quoad titulum clericatus,vel canonicatus,
vel ordinationis,vel prælationis,vel dignitatis:vt extra, de elect.
dudum.2 verſi.ſuggeſſit vbi de hoc.70. diſt. ſanctorum.7 q 1 ſi-
cut alterius.extra, de præben.ad hoc.& c.ſeq.imo recipiendo ſe-
cundum cum cura, ex quo illius poſſeſſionem habuit, vacat pri-
mum ipſo iure:vt extra, de præbē de multa.& 21.q.1.ſi quis iam
tranſlatus. licet quidam dicant ꝙ debeat vacare per ſententiam,
niſi vtrunque in iudicio contenderit retinere, prout not.in præ.
Decre. de multa. Niſi in quibuſdum caſib. ſpecialibus, in quibus
poſſunt plures haberi ¶Primò,propter paupertatem eccleſiarū.
10.q.4.vnio.extra,de æta.& quali.cam te.extra, de præben.expo
ſuiſti.¶Secundò, vbi vna dependet ab alia: vt in præ.verſi ſuggeſ
ſit.& in præ.c.eam te.& extra, de præben.extirpandæ.§.1.¶Ter-
tiò, olim propter penuriam clericorum 21.q.1.cap.ī.in fin.& §.
1.& 1.quæſt.7.requiritis.§ niſi rigor.¶Quartò, ſi vna ſit intitula
ta,& alia commendata: vt in præ.verſic.ſuggeſſit.21.q.1.qui plu-
res Sed tunc in cōmendata non eſt prælatus,ſed procurator:imo
vacat,nec habet cōmendatarius ius in ea,nec facit fructus ſuos,[g]
ſed

## ADDITIONES.

a Capitulum. ¶ Vbi videas.
b Interdicimus. ¶ Bene facit cle.de ſta.re. ne in agro.§.ad hoc. vbi non poſ-
ſunt abbates eccleſias vnire,licet ad eos ſpectet collatio.& idem de permu
tatione not.in clemen.de rer.per.ca.vno.in gloſſ.penult.
c Cunctis. ¶ Lib.6.Tu dic contra,vt patet de præben.non poteſt.§.vlt.lib.6.
d Eccleſiaſticæ. ¶ Vide quod ibi ſcripſi ſuper 1.gloſſ.
e Cum iamdudum. ¶ Ibi plene ſcripſi hanc materiam in magna glo.
f Inordinata.¶ Ibi diſtinguit beneficia regularia, ſecularia,duplicia,& ſim-
plia,iterum ſubdiſtinguens, vt ibi ſcripſi in vlt.gl. Quod aūt ſcripſit in De-
cre.literas,coniunxit in præ.Decr.cū iamdudum.cū eo ꝙ ibi nominauerat.
g Facit fructus ſuos. ¶ De hoc in cap.nemo deinceps.de electionib.lib.6.per
totum Adde. Nunquid eccleſia data in commendam dicitur uacare. vide
ibidem per ipſum.& in cap.ſi propter.de reſcr.lib.6.& per Archi.& tenent
quod non.

ſed colligit, & eos in vtilitatem eccleſiæ cōuertere debet.arg.ex
tra, de accu. ſi conſtiterit.hodie commenda eccleſiæ parochialis
non poteſt fieri indiſtinctè: vt dicā in conſti.Gregorii X.de elec.
c.nemo.lib.6 ¶ Quintò, ex diſpenſatione papę, vt extra, de præb.
8 de multa.§.fi.21.q.1 relatio.† ¶ Sed nunquid epiſcopus diſpenſa
re poteſt, vt quis habeat duo beneficia duplicia? Dixerūt T.& B.
& fere omnes, ꝗ non, ſed ſolus papa: vt in c.de multa.in fi.à con-
trario ſenſu, vbi dicitur, Circa ſublimes autē & literatas perſonas,
quæ maioribus ſunt beneficiis honorandæ, cū ratio poſtulauerit,
per ſedem Apoſtolicā poterit diſpenſari: ergo non per alios, arg.
extra, de præſumptio.nonne.25.diſt.qualis.ff.de iudiciis.cū præ-
tor.95.diſt. illud. Quæ enim Titio nubere iubetur, omnibus aliis
nubere prohibetur: vt ff.de condi.& demon. cum ita.Hoc idem
probatur ext.de cleri.non reſi.nonnulli. vbi epiſcopus conferens
beneficiū habenti aliud ſimile, priuatur poteſtate conferendi be-
neficiū: vt in præ.ver.ſuggeſſit.Io.autem, qui multas & prolixas
gl.ſuper hāc materiam cōpilauit, & dominus meus cum eo dixit,
ꝗ epiſcopi olim poterāt diſpenſare, vt aliquis haberet plures ec-
cleſias, & plura beneficia cum cura: vt 70 diſt.ſanctorū.& ꝗ ho-
die idem poſſunt. in præ conſtit. de multa. interdicitur tantū eis
vaga & indiſcreta diſpenſatio: ꝗ enim non mutatur, quare ſtare
prohibetur: vt ſ.prope prin.huius §.papa etiam notat extr.de tē
por.ordin. dilectus.epiſcopum diſpenſare poſſe, vt quis habeat
duas eccleſias intitulatas, vt in c.ſanctorum.Sed certe ibi nō dici
tur, ꝗ ſit neceſſaria epiſcopi diſpenſatio, ſed diſpoſitio. Et pro-
pter hoc dicunt aliqui, non eſſe in hoc neceſſariam diſpenſatio-
nem, quia de iure communi poteſt eas habere: vt not.ſecundum
eum in præ.Decret.cum iamdudum.quod non placet.Dic ergo,
quod aut in diſpenſatione conſideratur vtilitas, & neceſſitas ec-
cleſiæ: aut prærogatiua meritorum, & excellentia perſonæ.In pri
mo caſu dico, ꝗ propter neceſſitatem, & euidentem vtilitatem
eccleſię, vel perſonarum ipſius, pōt epiſcopus diſpenſare, vt quis
habeat duas, vel etiam plures eccleſias.arg.extra, de conceſ.præ-
ben.cum noſtris.in fi.1.q.5.præſentium.extra, de conceſ.præben.
expoſuiſti.de rerum permuta.quæſitum.7.quæſt.1.ſcias.extra, de
elect.in cauſis.in fi.55.diſt.priſcis.10.q.j.regenda.& in hoc cōcor
dant Vincen.& dominus meus.Et ſic poteſt intelligi op.Io.Nam
etiam ex hac cauſa poſſet duas eccleſias vnire: ꝗ fortius eſt. extr.
de exceſ.præla.ſicut vnire Si vero in diſpenſatione huiuſmodi cō
ſiderantur merita, vel fauor, ſeu excellentia alicuius perſonę, tūc
ſolus papa diſpēſare poteſt.arg extra, de elec.innotuit.in fi.Et ſic
loquitur & intelligitur præd.conſtit.de multa.in fi.& de elec.du-
dum.2.§.nos igitur.& opi.T.&B.& ſequaciū ſuorum.& iura pro
ea inducta Licet enim olim epiſcopus poſſet diſpenſare, vt in ca.
a ſanctorum, hodie tamen poſt Lateranenſe concilium non pōt:[a]
vt in decre.de multa.& in Decr.dudū.Hæc diſt.probatur in Dec.
Greg.10.de elect.nemo.ibi, cum euidenti vtilitate ipſius eccleſię,
b &c.[b] † ¶ Sed nunquid poterit epiſcopus diſpenſare, vt aliquis ha
9 beat vnum ſimplex, & aliud duplex? Dic, ꝗ ſic: quia cum hoc nō
ſit prohibitum, videtur eſſe conceſſum: vt extr.de ſen.excom.nu
per.extra, de tranſla. epiſc.c.inter.poſt mediū ff. ex quib.cau.ma.
necnon §.ſed ꝗ ſimpliciter. Vnde B.etiam no ext.de conceſ.præ
ben.literas.ꝗ non videtur adempta epiſcopis poteſtas diſpenſan
di ſuper beneficiis ſimplicib. vel ſuper vno beneficio & eccleſia,
per conſtit.de multa.& beneficium intelligitur ſimplex, eccleſia
vero duplex: vt j.ver.proxi.& idem videtur dicere papa.j.verſi.
quid ſi habeo.Non ergo recipiendo ſecūdum vacat primū: licet
peccet ſine diſpenſatione tenendo.¶ Sed quęritur ꝗ beneficium
intelligitur curam animarum habere? Reſpon illud, cui ineſt in-
quirere, corrigere, reformare, præcipere, interdicere, ſuſpendere,
excommunicare & abſoluere.argumen.in præ.Decret.dudum.§.
tandem.extra.de offi or.c.1.verſi.3.& c.conquerente.§ 1.extr.de
maio & obe. his quæ. Sed hoc plenius proſequere ſecundum pa-
c pam, prout no.ext de offi.archid.cum ſatis. [c] Quo ad hoc tamen
large ſumitur cura animarum, prout not.ſecundum eum in præ.
Decre.de multa.nō enim eſt vis, ſiue ſit eccleſia parochialis, ſiue
capella, habens curam aliquorum parochianorum.Item non eſt
vis, ſiue habet parochianos, ſiue non, dum tn̄ habeat parochiā, in
qua habet ius parochiæ: ſuper quo dn̄s meus plures & vtiles quæ
ſtiones ad meam inſtantiā notauit, & ſcripſit, ext.de cleri.nō reſi.
d quia nonnulli.[d] † ¶ Quid ſi habeo præbendam habentem aliquā
10 eccleſiam annexam? Notant papa & dominus meus ext.de præ-
ben.extirpādæ.§.qui vero.quod epiſcopus, & quilibet ſuperior,
poterit diſpenſare mecum vt poſſim recipere aliam curā anima-
rum cum dicta præbenda. Dicit etiam, ꝗ recipiendo ſecundam
curam animarum, non vacat prima præbenda: ꝗ tamen durum
videtur. Et licet hanc quæſtionem apud Apoſtolicam ſedem vi-
derim pluries coram me, & coram aliis in iudicio agitari: nunquā
tamen eam diffiniri vidi. multi tamen non approbant. glo.ipſius
e papæ, nec rationes in ea notatas.[e] † ¶ Nunc aliqua de virtute in-
11 dulgentiarum tangamus. Nota ergo, quod habens plura benefi-
cia cum cura, vel plures perſonatus ſine diſpenſatione, irregula-
ris & ineligibilis eſt, vt extra, de elect.dudum.2.& de præben.de
multa. Sed quid ſi aliquis tenuit plura beneficia ſine diſpenſatio-
ne, ſed ea ante tempus electionis ſuæ ipſe dimiſit: nunquid caſſa-
bitur electio de ipſo celebrata? Papa & dominus meus no.in prę.
f Decre.dudum.2.§. nos igitur.& §.tandem [f] ꝗ ſic de rigore iuris.
arg.25.diſt.1.præſumitur enim ſimulata reſignatio, propter ele-
ctionem ſubſequutam.extra de elect.officii.& pęnitentia ſimu-
lata, quoad hoc, non proficit: vt 50.diſt.vt conſtitueretur.ſecus
ſi de vera pęnitentia conſtaret. 50.diſt. ferrum. cum ex hoc ambi-
tionis præſumptio tollatur.de hoc ſ.§.prox ver.diximus Quid ſi
aliquis impetrat indulgentiam, ꝗ cum eius reditus ſint tenues,
& exiles. poſſit licite archidiaconatum recipere, & habere vna cū
talib.eccleſiis quas eſt canonice aſſequutus? Reſpon.per hoc nō
indulgetur ei, quod ipſas eccleſias habeat canonice, ſi prius cano
g nice non habebat: vt ext.de electio.dudum.2.[g] † ¶ Quid ſi archi-
12 diaconus nihil detenuitate in impetratione indulgentiæ expreſ-
ſit, ſed ſimpliciter petiit, vt cum obtentis poſſit aliud recipere &
habere? Reſpon.dici poteſt, quod diſpenſatio valet dummodo
non ſit nimia pluralitas: quia tunc non valeret. Nam ſupprime-
ret tale quid, quo expreſſo non habuiſſet diſpenſationem. Sup-
preſſio enim veritatis, & expreſſio falſitatis reddunt indulgentiā
inualidam, vt in præ. Decret.dudum.2.& ext.de conſan.& affin.
quia circa.& arg. ff.de nata.re.l.2. & extra.de offic. ord.ex parte.
ſicut & in reſcripto contingit: vt extra, de reſc.ſuper literis.quod
verum eſt, vbi falſitas eſt expreſſa, vel veritas ſuppreſſa de his, quę
circa diſpenſationem obtinendam conſiſtunt, ſcilicet quibus ta-
citis, vel expreſſis eam non habuiſſet: qualia ſunt quæ in præ.
Decre.dudum continentur: puta, quia habebat canonice eccle-
ſias, ſuper quibus diſpenſabatur. Si enim dixiſſet, quod non ha-
beret canonice, nunquam obtinuiſſet: ſimiliter ſi non dixiſſet, ꝗ
exiles prouentus haberet, eam non habuiſſet de facili.j. verſicu.
13 ſed nunquid nocet. ¶ † Quid ſi indulgetur alicui, quod præter
obtenta poſſit vnum beneficium curam animarum habens reci-
pere, & licite retinere? dic quod per hoc non videtur ſuper obtē
tis diſpenſatum.Nam indulgentia huiuſmodi tanquam ambitio
ſa eſt reſtringenda: vt extra, de reſcript.cauſam quæ & de elect.
dudum.ff.de ſena.l.1.argu.contra.ff de annu.leg.l. Seio amico.§.
vxori.vbi hæc dictio, Præter, ponitur incluſiue.Sed ibi loquitur
in teſtamento, vbi plenior fit interpretatio: vt extr.de dona.cum
dilecti.hic autem loquitur de diſpenſatione ſuper pluralitate be-
h neficiorum, vbi fit ſtrictiſſima, vt prædixi.[h] Melior eſt ergo in-
dulgentia, ſi dicatur, quod tales eccleſias, quæ vacauerant per re-
ceptionem aliorum beneficiorum, vel alio modo, poſſit licite re
tinere, & archidiaconatum vnitum recipere, & ipſum licitè vnà
cum prædictis eccle. habere. per hanc enim formam prouidere-
tur, quantum ad obtinenda, & etiam quod cautius eſt, in indul-
gentia eccleſiarum numerus exprimatur: ut j. ver. proxi. quia ſi
habeat plures quam duas, non ſufficit dicere, vt cum eccleſiis,
quas obtinet: poſſit aliam recipere: quia in his odioſis indulgen-
tiis verbum, Eccleſiis ad duas duntaxat eccleſias refertur.argu.4.
i quæſt.3.ver. item ubi numerus.[i] Item quoad beneficia obtinen-
da, cautius eſt, ſi certa ſumma, uſque ad quam ſibi recipere liceat,
exprimatur: ſed nec ſufficit, ſi in indulgentia dicatur: ut cum be-
neficiis quæ habet, poſſit unam eccleſiam, uel perſonatum reci-
pere, ſi obtenta beneficia curam habent. Reſtringenda eſt enim
talis indulgentia, ut prędixi, ſicut alias diximus: quia ſi impetrans
literas cum clauſula illa, Non obſtante, quod alias beneficiatus
exiſtit: habet etiam unicum beneficium cum cura, non ualent lite
ræ: quia cum in beneficio illo oporteat eum reſidere ut extra, de
cler.non reſi.quia. & c.fi. nō fuit ſcribentis intentio ſibi aliud be-
neficium conferre: niſi expreſſe dicatur, ꝗ primū curam anima-
k rum haberet.[k] † ¶ Sed nunquit nocet impetranti indulgentiam,
14 ſi in ea dicatur, ꝗ obtenta quę fuit canonicè aſſequutus, poſſit li-
citè obtinere? Videtur ꝗ ſic, propter mendaciū: vt in præ.Decre.
dudum.

## ADDITIONES.

a Poteſt. ¶ Repete propter prærogatiuam perſonæ, ſecundum prædicta.
b Eccleſiæ, &c. ¶ Potius facit contra, cum illud permittatur ea de cauſa ſo-
lum in temporali commenda titu. vide quod dixi in Decre.de multa.ſuper
vlti.glo.
c Satis. ¶ Ibi vide in gl.ſecundum Inno.vbi etiam ponitur dictum Hoſtien.
& ibi etiam remiſi ad extrauag.Ioan.quia quorundam.
d Nonnulli. ¶ Ibi ſcripſi. vide ſuper ver.parochiales.
e Notatas. ¶ Sed approbata eſt hodie de præb.ſuper eo.lib.6.
f Tandem. ¶ Ibi ſcripſi in gl.hoc non facit.in prin.
g Dudum ij. ¶ Ad hæc de reſcrip.gratioſe.lib.6.
h Prædixi. ¶ Ille §. vxori, dicit ꝗ ſi vir legauit vxori præter annuum ꝗ de-
bet Mæuius: aureos centum, habebit illud annuum, & ſemel cētum aureos.
& hanc ſolutionem plenius vide de ele.dudum.2.ad fi.in glo.q.d.
i Numerus. ¶ Bene facit de præb.is cui.lib.6.§.1. ad hæc.& ad ſequentia.
k Haberet.Hoc patet in præ.Decre.is cui.1.reſpon.

dudum. Dicendo enim ſe dicta beneficia canonice fuiſſe aſſequu
tum, mentitus eſt: quod facere non debuit. ext. vt eccle. bene ca.
vnico. Iuſtum ergo eſt, vt dum mentiendo voluit vſurpare quod
ſuum non eſt, perdat etiam ꝙ ſuum eſt: vt 8. q. 1. §. quia ergo. pro-
pe fin. verſi. ut autem. & C. finium regun. l. ſi conſtiterit. Sed dico,
ꝙ ſibi non nocet: quia ꝙ dixit ſe canonice aſſequutum: intelligi-
a tur ſic, id eſt, per eum qui ſibi potuit conferre. [a] Defectum autẽ,
qui eſt in hoc, ꝙ ipſa beneficia ſimul retinere non poteſt, papa re-
mouet, dum indulget ei, ꝙ ea poſſit licite retinere. & ſic non ob-
ſtat præ. Decre. dudum. quia ibi papa non remouit defectum hu-
b iuſmodi ſuper obtẽtis, ut dixi. Dominus meus uero dixit, [b] quòd
vix aliqua indulgentia ſufficiens inuenitur: quia in eis beneficia
non ſpecificantur: vt ſ. uerſi. proxi. ſed ſemper apponitur clauſu-
c la illa, quæ te aſſeris [c] canonice aſſequutum: ꝙ eſt impoſſibile: ut
15 probatur in præ. Decre. dudum. § inſuper. † ¶ Item quia tales in-
dulgentiæ ſunt contra intentionem domini papæ: qui non inten-
dit in tot beneficiis diſpenſare: unde non ualet, ut ibi. Debent er-
go ſpecificari beneficia plura obtenta: aliter non ualet, ut dixi. Et
niſi intelligas uerbum canonice, prout iam ſ. dixi: imo ſi quis in
diſpenſatione habeat beneficium, quantumcunque ſimplex &
modicum, non ualet diſpenſatio, [d] & remanet ineligibilis. Vnde
d uidemus caſſari per dominum Clementem IIII. lumen iuris, ele-
ctionem Compoſtellani electi, pro eo ſolo: quia in indulgentia
ſua non fiebat mentio de quibuſdam præſtimoniis, quę tempore
impetratę indulgẽtię obtinebat: non obſtante ꝙ diceretur à mul
tis, ꝙ huiuſmodi præſtimonia nomine beneficii eccleſiaſtici non
erant cenſenda: cum in ſola temporalitate conſiſtere videantur. [e]
e Tunc etiam dixit idem dominus Clemens, ꝙ quantumcunque
impetrans habilis ſit, ſi tamẽ ſupprimit uel exprimit, quo expreſ-
ſo uel ſuppreſſo princeps moueri potuit ad petitionem gratiæ re-
pellandam, & literam, & gratiam ſubreptitiam iudicabit. ¶ Hinc
eſt, ꝙ ſi habens præpoſituram impetrat, ꝙ ſibi liceat alium perſo
natum habere, & ſimul cum prępoſitura retinere, tacens de cura
animarũ, quam præpoſitura habet, non ualet diſpenſatio ſ. uerſi.
proxi. nec etiam alium perſonatum cum cura poterit cum pri-
f mo, etiam ſi primum curam non habeat, licite retinere. [f] Et eſt
ratio: quia in perſonatu cum cura duo ſunt impedimenta. Vnũ,
quia perſonatus eſt, de quo idem iudicium eſt, ꝙ de beneficio cu-
ram animarum habente: ut in præ. Decre. dudum. Aliud, quia cu-
ram habet: ut extr. de præben. de multa. ſi ergo impetrat quis, ꝙ
ſibi liceat duos perſonatus tenere, nulla facta mentione de cura,
unum impedimẽtum eſt ſublatum, ſcilicet quia perſonatus ſunt:
aliud uero, ſcilicet, de cura remanet. Si enim de duabus ſeruituti-
bus una remittatur, altera remanet: vt ff. de ſerui. urba. præd. ſi do
mus tua. argu. extr. de uſu pal. ex tuarum ext. de priuil. paſtoralis.
16 † ¶ Sed opponitur, perſonatus maior eſt, quam cura. Vnde ſi di-
ſpenſatum eſt in maiori, per conſequens in ſimili, uel minori. arg.
ext. de deci. ex parte. 3. & qui fil. ſint leg. per uenerabilem. 1. reſpõ.
ff. de regu. iur. non debet. 12. quæſt. 1. præcipimus. Sed dic, ꝙ hoc
arg. fallit in priuilegiis & diſpenſationibus. argu. extr. de priuil. ſa
nè. quod proſequere ſecundum dominum meum, ut not. de re-
g ſcript. poſtulaſti. [g] ¶ Quid ſi habens plura beneficia minus cano-
nicè, obtinet quod ſibi liceat recipere, & habere plura beneficia,
nulla de obtentis habita mentione? Reſpond. licet diſpenſatio ni
hil ualeat, quoad priora beneficia, ualet tamen quoad futura, ſi
h ea licite quæſierit, ſecundum papam. [h] argument. contra, ſuprà,
i uerſic. ſed nunquid nocet. [i] † ¶ Sed quid ſi in diſpenſatione dici-
17 tur, Indulgemus, ut tibi liceat perſonatum unum recipere, & ſi-
mul cum obtentis beneficiis retinere: & prius habuit unum bene
ficium canonice, & aliud minus canonice? Reſpon. bona eſt di-
ſpenſatio: quia per eam poteſt obtenta prius licite retinere cum
quæſito de nouo. ſ. uerſi. proxi. ¶ Quid ſi habens eccleſiam cum
cura, obtinuit indulgẽtiam, ut ſibi liceat aliud beneficium etiam
ſi ſit perſonatus ſimilem curam non habens, ſi ei conferatur, reci-
pere, & cum priori tenere: demum cõfertur ei archidiaconatus:
nunquid poterit illum cum priori eccleſia retinere? Videtur qđ
ſic: quia cura archidiaconatus non eſt ſimilis, imo diſſimilis curæ
eccleſiæ. extr. qui fil. ſint legiti. per uenerabilem §. uerum. Sed dic
contra. Nam diſſimilitudo iſta ad genus, non ad ſpecies refertur.
k De hoc dicam ext. de offi. ord. in conſti. Greg. 10. ordinarii. §. fi. [k]
¶ Item ſi aliquis obtinuit diſpenſationem ſuper duob. beneficiis
cum cura obtinendis: quæritur de quibus intelligitur? Reſpond.
de his, quæ primo poſt obtentam indulgentiam obtinebit: & ſi
illa, uel aliquod eorum dimiſerit, non licebit ei ex vi indulgentiæ
alia, uel aliud loco dimiſſi recipere ſine noua diſpenſatione. arg.
ff. de lega. 3. fideicommiſſa §. ſi quis decem. ff. de cond. & demon.
l. hęc cõditio ſi & l. conditio ſi. ff. de uer. ſig. boues §. 1. Huiuſmo-
di. n. indulgentiæ tanquam ambitioſæ, reſtringendæ ſunt, vt dixi.
arg. contra, ꝙ liceat ei aliud loco dimiſſi recipere. extr. de uoto.
magnæ §. cum igitur. uer. ex hoc attendentes. & de teſti. ſignifica-
l uerunt. Alii aliter dicunt. [l] † ¶ Quid ſi indulgetur alicui, ꝙ poſſit
18 plures eccleſias licite tenere, nunquid intelligitur ſecum diſpen-
ſatum eſſe, vt in neutra teneatur reſidere? Videtur quod ſic: alio-
quin indulgentia inutilis uideretur. Et hoc uidetur ſentire Ioan.
prout not. 7. quæſt. 1. ſi quis in clerico. imo indulgentia hoc prin-
cipaliter concedere uidetur. Illa enim uidetur cauſa prohibitio-
nis, ꝙ quis nequeat plures habere eccleſias. quia nõ põt in utraq;
perſonaliter reſidere, & per ſe curam illarũ agere: ut extra, de cle.
non reſi. quia nonnulli. & ca. relatum. Tu dic ꝙ talis indulgentia
non liberat eum, quin teneatur in earum altera reſidere, niſi hoc
m expreſſe in ea dicatur. [m] Nam ambitioſa eſt: & ideo reſtringẽda.
extra. de præben. quia intantum. & c. ſe. clericus enim nunquam
debet ab eccleſia abeſſe: ut 91. diſtin. Eleutherius. & capit. ſeq. 92.
diſtin. cap. fi. Habens igitur talem indulgentiam. de conſilio meo
nunc reſideat in hac eccleſia, nũc in alia: vt ſic utrique ſatisfaciat,
ut ex indulgentia lucrum reportet. argu. in præ. capitu. ſi quis in
clerico.

## ADDITIONES.

